Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Sibrand Johann Augustin Lichtwer

Dissertatio Iuridica De Iureiurando Purgatorio In Causa Matrimoniali

Rostochii: Keilenbergius, 1679

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741609835

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

RU jurist. 26. April. 1679
Sibrand, Johannes

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741609835/phys_0001
DFG

504.

Diss. 20. 799.

Dissertatio Juridica

De

JUREJURANDO PURGATORIO IN CAUSA MATRIMONIALI,

qvam

divina annuente gratia

PRÆSIDE

VIRO

Nobilissimo, Amplissimo atq; Excellentissimo.

DN. JOHANNE SIBRANDO,

JCTO famigeratissimo, & Decretal. P.P.

Domino Fautore, Hospite ac Præceptore

suo ætatem venerando,

publico peritorum Juris

examini sistit

JOHANNES AUGUSTINUS Lichtwer/ Dresd. Misn.

Author.

In Auditorio majori die 26. Aprilis.

Anno 1679.

ROSTOCHII.

Typis FRIDERICI KEILENBERGII, Acad. Typogr.

a 21

Nro 19

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741609835/phys_0005

DFG

I.

§. 1.

IUdicem secundum acta & probata teneri judicare tralatitium, id qvod constat authoritate tam sacræ paginæ, qvam omnium Philosophorum & Jctorum calculo; unde rectè dicitur, *Qvi statuit aliqvid parte inaudita altera, æqvũ licet statuat, haud æqvus fuit.* Non solum autem altera non audita pars censenda, ubi plane non vult audiri, sed etiam ubi non probe ponderatis omnibus ab illâ allatis momentis, sententia profertur. Qvare belliſſime in Noviſſimo Imperii Recessu §. *50. seq.* litigantibus prospectũ, ut Judex teneatur momenta suæ decisionis prodere, qvæ partibus petentibus, propitia Justitia denegari neqveunt, qvibus non tantum svevit ratio, qvæ moverit, adjici, sed insuper ad removendum omnem scrupulum, solitum responderi ad dubia abs Reo allata, imprimis si alicujus momenti, communi Doctorum opinione suffulta, præjudicatisq; firmata: qvod ubi non fit, non immerito Judex, qvi qvandoq; aliorum opinionẽ, tanqvam grus gruem, seqvitur, aut præconceptâ gravatus opinione, ponderatis iis solummodo rationibus, qvæ â parte jã suscepta stare videntur, neglectis ab adversa adductis parte, suspecti qvasi postulatur, beneq; iis per Appellationis prospectum viam, ubi videre est, qvandoq; in aliqvot instantiis, melius ponderatis rerum momentis, causam qvasi perditam, restaurari; ut non male dixisse videatur, qvisqvis dixit, hodie victoriam causæ ex olla lottaria sive fortunata petendam; id si provenerit ex inopiâ probationis, merito excusatur Judex (cum

interiora mentis scutari soli9 Numinis, qvod καρδιογνώστης ea propter merito audit) qvi ponderatis argumentorum momentis, suo functus officio jure merito censetur. Inprimis autē non levi brachio examinanda causa venit, ubi non destillicidio, vel aqvâ pluviâ, sed criminalibus, (qvibus ob gravitatem merito matrimonialia, uti in qvibus non minima salutis nostræ pars consistit, annumerantur, *late id deducente Tabor. locor. Comm. L. 2. c. 16. Ax. 3.*) ferenda sententia. Ut ergo Judex, ubi firmiter figere pedē possit, habeat; variæ probationis species proditæ, per Instrumenta scilicet; Testes juratos; (qvippe unus testis, nullus testis, inprimis si non juratus, vel pars adversa non citata) confessionē propriam; qvæ omnium probationum audit firmissima; ocularem item inspectionem; nec non Jurisjurandi religionem. Non autē famam, præsumtionem, vanas suspiciones, qvæq; eadem facilitate, qva adferuntur, dilui possunt, & probationibus adnumerari neutiqvam merentur. Cum probatio, qva movetur Judex, cōcludens esse debeat, qvæ non tantum per possibile, uti indigitatæ præsumtiones & suspiciones; sed per necesse concludant; uti passim id proditum âDoctoribus hanc materiam solidius pertractātibus Brunnem. *proc. Iur. c. 18.* Nobis in præsentiarū stat sententia pro ingenii modulo examinare religionem *jurisjurandi, in causâ matrimoniali* qvatenus locū obtinere possit, cum juxta *l. 1. ff. de Jurej.* maximum id expediendarum litium remedium jure merito audiat. Sæpe qvippe numero fit, ut non tam jus qvā probatio deficere videatur; ubi tanqvam ad sacram anchorā, ad hoc confugiendum remedium, qvod ab omnibus hactenus moratioribus gentibus firmissimum ad eruendam veritatē æstimatū ab antiqvissimis usq; tempori9 Briss. *de form. l. 8. p. 706.* Alex. ab Alex. *Genial: Dier: L. 5. c. 10.* Cum autem Juramentorum varia sint genera, hanc absolutissimam tabulam, qvam ex ore Magnif. Domini Redekeri Præceptoris & Patroni mei æternum devenerandi in Collegio qvodam privato hausi, qva tam vasta Juramento-

torum moles concinna brevitate concluſa eſt, huic noſtro labori inſeremus.

§. 1. Verum ne ignoratis principiis, & ea, qvæ ſeqvuntur, ignorentur; ut inqvit Abb: Panor: *ſup. Rub: X. de Jurej: per c. 26. cum Paulus ca. 1. Q. 1.* noſtrum aggredimur eum DEO propoſitum, ubi primum *vox Jurisjurandi* explicanda occurrit, cujus variam derivationem producunt Authores. Qvidam dictam volunt, qvia *juſtum jurari oporteat*, ſeu qvaſi *Jovisjurandum*. Becm. *in orig.*

Lat. Lingv: ex Apul: de Deo Socrat. vid. Lipſ: *in Elect: L. 1. C. 18.* ubi hi ex Ennio adducuntur verſus:

Jus ſacratum Jovis jurandum ſagmine. It.
O Fides alma apta pinnis & Jus jurandum Jovis.

per Jovem enim jurabatur, qvi paſſim hinc apud Græcos ὄρκιος audit, ejusq; ſignum horrendum in Olympiæ curia, utraq; manu fulmen tenens, viſebatur; cujus ſub pedibus Elegi qvidam, homines â perjurio deterrebant. Pauſan. *in El: prior:* notante Joh: Hen. Meibom. *in Comm. ad Hippoc. Jusj: C. 2. n. 4.* de Jove ἐνορχίῳ perjurii vindice, in Capitolio ſibi aſſidentē Fidē habente, Franc. Polletus *in Hiſtor. For. Romani L. 4. c. 13. p. 537.* Legitur qvoq; vox ſimplex *jurandum* apud Plautum *in Ciſtellar. l. 34. ff. de Jurej: §. 7.* vocat *conditionem*: alias & *Sacramentum* dicitur *l. 52. §. 2. Cod. h. t. Auth. Sacramentum Cod. Si adverſ. Vendit.* qvaſi ſacræ rei ſignum. Panormitan. in d. *Rubr.* potiſſimū in Re militari, notante Weſenb: *Comment. in L. 4. Cod: de Jurej: §. 5.* ut & videre eſt apud Tacit. *4. Hiſt: 58. n. 10. 1. Hiſt: c. 55. n. 1. I. Hiſt: c. 5. n. 1.* aliisq; innumeris locis, qvos recenſere hic ſuperſedemus. *Horat.* perfidum Sacramentum pro perjurio dixit. *2. Od. 17.* Ovvenus *Epigr. l. 1. Sacramenta vocant ſacra Juramenta Latini.* Varro â *Sacro* vocem deducit *L. 4. de L. L.* ut ſit qvaſi Sacræ rei arctiſſimum vinculum. vid. Oldend. *Cl: 1. Act: 9.* & Barth. Adverſ. *L. 32. c. 1.* Dicitur etiã *Juramentum*, qvam vocem veteribus Jctis incognitam fuiſſe vult Cujacius, *Obſ: l. 21. c. 26.* ideoq; hanc ex interpolatione Triboniani in *l. 34. §. 5. de Jurej: & in l. 25. §. 3. de probat.* irrepſiſſe cenſet, cumq; eo Meier. *in C. J. A. de Jurej: th. 2.* Sed qvod pace tantorum Juris Conſultorum dictum, non ſatis liqvido apparet, cur hæc vox Veterib9 inuſitata debuerit eſſe; cum puriſſimo verborum ponderatori Senecæ *2. de Clement. c. 1.* hæc uſurpata fuerit, apud qvem *juramentũ facere* legitur; qvamvis videri poſſit, abhorruiſſe illos ab hac voce, forte ideo, qvia nondum in omnium ore, & ex qvadam affectatione antiqvi ſermonis, vel ut vide-

5.

videtur Wesenbecio, *Commen. in L. 4. Cod. de Jurej. n. 5.* ut ipsa Juris adjectione denotarent formam, qvale esse debeat; ast qvoniam & hodie usitatissima, & jam Justinianæo ævo civitate Romanâ donata fuerit, ut passim ex Codice videri potest, non amplius de hoc solliciti erimus; dictum autem juramentum volunt, *qvasi Juris adstringamentum vid.* Laurent. Vall. *Eleg: l. 6. c. 37.* Ummius *Proc. Diss: 14. th. 1. n. 1.* â jure manente; qvæ derivationes non adeo ad palatum, si enim allusionibus utendum, potius dicendum, qvod descendat â *jure mentis*, qvia mediante juramẽto, hominis exploratur mens & conscientia, cum pene sic inciperent juramenta: *Ex animi mei sententia*, qva de re passim prostant exempla. vid. Liv. *l. 22. c. 53.* & idem videtur esse, ac animo sentire, qvod lingva profertur, ut merito notam mereatur Hyppolitus apud Senecam, inqviens:

Lingva juravit, mens injurata est.

Omnes igitur tales fallaciæ (qvæ nomine mentalis reservationis, sive æqvivocationis veniunt, qva de re elegantem Epistolam libelli instar, ad Frontonẽ Ducæum conscripsit Isaacus Casaubonus *Epist: 624. p. 705.*) qvibus qvis ore aliud profert, aliud corde clausum gerit, in foro poli perjuria sunt. vid. Theodor. Tulden. *de Jurispr: Extemp: part. 2. c. 14. p. m. 95.* Juramenta qvippe propter metum perjurii strictæ sunt interpretationis. Zoes. *de Jurej: n. 97.* ac sunt accipienda, prout verbis concepta sunt, monente Amesio *de Conscientiâ l. 4. cap. 22. qvæst: 8. n. 25. seq.* confer. Dn. Struv. *Ex. 17. th: 83.* Hilliger ad Donell. *l. 24. c. 13.* & Oldend. *Cl: 1. Act: 9. p. m. 83.* descendere Juramentum â Juro volunt, qvod idẽ est, ac Jovem oro, sive testem invoco: â jure autem, qvod id, qvod juratur, qvasi pro jure & lege veritatis habendũ, sancteq; observandum deductum censet, Setzer de Juram: *l. 1. cap. 1. n. 23.*

§. 2. Vocatur alias *dejurium*, â dejuro, qvod est valde juro, ubi contra communẽ significationẽ vocula *De*, minuendi, qvæ alias vim habet, vocem intendit, notante Becm. *Voce pleo* & Taubmanno

manno *Epid. Act.* 1. *Scen.* 2. Eadem qvi usus voce in *Rud. Act.* 5. *Sc.* 2. *& Casin. Act:* 3. *Sc.* 4. Apulejus item l. 9. & 10. *Metam* Agel. N. A. l. 7. c. 28. Venit demum in jure nomine *Religionis l. 18. Cod: ex qvibus cauſ: Infam: l. 25. ff. de Jurej: l. 21. in ff. de dolo malo,* ſed plura compilare deſiſtimus.

§. 3. *Purgatio*, verbale â *purgo*, qvod ab antiqvo verbo *Purgeꝛ* deducunt Philologorũ filii. Becm: *in Voce uro*, ſimpliciter purgare dictum vult â voce *Uro*, id qvod derivat â Græco πῦρ, qvod ignis beneficio omnia munda fiant, ſic enim Ovid.

Omnia purgat edax ignis.

Inde qvaſi *purigo*, *purum* ſcilicet *ago*, & ad ſimilitudinem *purifico*, purum facio. *c. Auditum ca. 2. q. 4.* Sumitur autem purgare proprie vel improprie. Priori modo reperitur *l. 1. §. 7.* de *Rivis. l. un. de via publ: & ſi qvid.* Poſteriori modo idem, qvod putare, detrahere, *l. 31. §. 3. de Neg. geſt: l. 9. §. 2. in. fin. Cod. de bonis proſcr.* Svetonius *Calig. in fin.* (2) pro corrigere & emendare *l. 8. princ. l. 14. princ. de nov. & deleg. l. 73. §. fin. de V. O.* (3) pro excuſatione & innocentiæ oſtentatione *l. 5. prin. de publ: Jud: l. ult. ad l. Jul: Majeſt: l. 6. Cod: de Procur: l. 22. prin. ff: de Jur. Fiſc. l. 1. §. 3. ff: de requir: vel abſ: damn.* qvæ acceptio eſt propria hujus loci.

§. 4. *Matrimonium* dicitur â *Matre*, nõ qvod ſemper ſit talis, ſed qvod talis ſperetur, & materni nominis ſpe obtinendi, nubat. *Agel: N. A. l. 18. c. 6.* Vel qvod certior ſemper ſit mater qvã pater *arg: l. 6. de his qvi ſunt ſui vel al: l. 5. de in jus voc.* Vel qvod mater onera & labores partus ſuſtineat *c. fin: X. de converſ: infid: ibiq; Gloſſ: Borchold: ad princ. Inſt: de Nupt: n. 3. & 4.* Vel deniq; qvod mulieribus in hoc, ut ederent partus, maxima ſit conſtituta cupiditas, ut loqvitur Imperator *l. 2. Cod: de Indict: Vid: toll: Timæ. Fab. ad Inſt: D. 5. th: 3. Coraſ: ad l. 19. ff. de rit: Nupt: n. 77. Ludwel: ad Inſt: D. 2. th: 2. lit: d.* hic autem tam late ſumitur matrimonium, ut ipſa includat ſponſalia.

§. 5. *Jusjurandum purgationis* conjunctim acceptum, ſumitur

vel

7.

vel *proprie*; qvod in causis arduis, tam civilibus qvam criminalibꝰ reo suspecto, & actore minimum semiplene probante, defertur. Beust: *de Jurejur: in Rubr: n. 195. & ad l. Admonendi 31. ff. d. t. n. 143.* Donell: *ad tit. de Jurej: c. 2. p. m. 264.* Bocerus *Cl: 2. D. 18. th: 27.* Vel *improprie*; ut si Emphyteuta qvantitatē precii rei emphyteuticæ venditæ juramento manifestare compellitur. *Qviꝫ jure retractꝰ, uti vult, jurare cogitur, se suo nomine retrahere; qviꝫ vectigalis immunitatem allegat, cogi potest, ut juret, an res, qvas secum habet, sint suæ vel alterius; ad idem adstringitur, qvi allegat contra edictum, se frumentum pro suo usu exportasse:* Heig: *p. 1. q. 40. n. 12. seq.* Sun itur etiam pro *juramento in litem*; ut cum dominus rem suam, furto subtractam, jurejurando obtinere debet. *l. 9. Cod: unde Vi.* Qvod sacramentū in effectu non purgationis est, qvamvis dominus eo se purgare videatur, ab enormi & injustâ æstimatione rei, furto subtractæ, sed in litem. ceu Carpz. *Jurisprud: for: p. 1. Const: 22. Def: 8. n. 4. ibiqꝫ all:* Sic qvoq; juramentum suppletorium Magn. Dno Carpz. *Jurispr: Consist: l. 3. tit. 4. Def: 46. n. 14.* venit nomine *juramenti purgatorij*; uti contra, juramentum decisorium audit purgatorium, apud Cyp: Regner. *in Comm: & nov: animadv: in Cod: ad l. 3. de R. C. & Jurej:* Non autem solum venit juramenti, sed & Sacramenti purgationis nomine: Fulv. Pac. *de prob: p. 1. c. 51. n. 24.* Dicitur & *purgatio Canonica c. tam lit. 33. X. de Test: Rubr: & c. ex tuarum 8. c. inter solicitudines 10. X. de purgat. Can.* Frantz. *ff. de Jurej: n. 66.* Heig. *p. 1. q. 40. n. 28. Innocentiæ* item *juramentum.* Mascard: *Vol: 2. Concl. 956. n. 39.* nec non καθ' ἐξοχὴν *Purgatio c. Nobiliss: 1. c. qvotiens 5. c. fin. 16. X de purgat. Can.* Jusjurandū itidem purgationis: Germanice **Entschuldigung mit den Eide.** Brunnem. *Proceß: Jud: c. 23. n. 39. R. I. de A. 1521.* Tit. **Ob jemand des Friedbrechers.** It. *Purgation* passim *Tit. 7. d. Rec. C. I. A. th: 13. de Jurej:* Carpz. I. F. *p. 1. Const: 22. Def: 8. n. 5.* Gail: *de P. P. l. 2. c. 7. n. 1.* **Eyd der** purgation O. C. *p. 2. tit. 10. §. 1.* hinc usitata phrasis. **Sich vermittelst seines leiblichen Eydes reinigen.** Carpz. hinc inde

de in sententiis. Vocatur etiam Reinigungs Eyd. Struv. *Syntag: Iur. Civ. Exerc. 17. §. 44.* De jure Saxon. dicitur *Iuramentum purgatorium.* Heig: *part. 1. q. 40. n. 31.* Berlich. *part. 1. Concl. pract: 32. n. 45. & Concl: 52. n. 6.*

§. 6. *Ad* Paronymiam commode referri poterit, qvod *Purgatores* olim necessario adfuerint. *c. qvoties 17. Caus: 2. q. 4. c. qvoties 5. c. cum P. 7. c. constituto 9. X. de purgat. can.* Berlich. *part. 1. Concl. 52. n. 27.* ibiq; larga citati manu. Dicebantur etiam *Compurgatores.* Lancellot. *Inst: Iur. Can. §. Canonica purgatio. seq. de duplic. purgat. c. final: in fin. X. de purgat. can.* German. **Mitpurgatoren.** Gail. *de P. P. L. 2. c. 7. n. 12. Conjuratores,* item *Compurgantes, Conjurantes.* Ferrar. Montan. *L. 2. c. 3. n. 38.* Unde autem ita dicti, videri poterit, *c. qvoties 5. c. de Testibus 13. c. final: X. de purgat. can.* O. C. *part. 2. t. 10. §. 1.* **Und ob der beschuldigte.** In libris Feudorum ut plurimũ *Sacramentales* vocantur. *1. F. 4. 1. F. 10. 1. F. 26. 1. F. 28. 2. F. 33. §. & cum datur* &c. De horum numero Dn. Zigl: *Comment. ad Inst: Jur. Can. de dupl: purgat. §. 2.* Ritum deducit Camillus Borell. *Decis: 53.* Hodie ab usu recessisse vult Brunnem: *Proceß: Judic. c. 23. n 36.* Qvamvis *Hemmingius* ejus hodie locũ in casibus nonnullis sponsaliorum esse velit, referente Cypræo *de sponsal: c. 14. §. 23.* Qvomodo ad jus feudale hic mos translatus infra videbimus.

§. 7. Hisce præcognitis ad Definitionẽ nos accingimus, qvæ sic concipi poterit; qvod sit *jus jurandũ, qvo de promissione matrimoniali, ex præsumptionibus, & concurrentibꝰ suspicionibꝰ, ad semiplene factam probationẽ accedentibus, conventus, vel lege, vel judice postulante, à prætensâ promissione se purgat.* Genus constituimus *jusjurandum,* cum proximum sit, respectu sc: reliqvorũ, qvod in omni definitione juxta Logicorum filios proximum ponendum, nec infreqvens idem diverso respectu, & generis & speciei esse loco; exemplis passim id testantibus. Adjecimus *ex suspicionibus ad semiplene factam probationem,* qvod ante omnia probatio reqviratur. *Conventꝰ;* ad denotandum, qvod sacramentum purgatio-

9.

nonis non actori, sed reo sit imponendum. *l. ult. §. 5. Cod: de jure dom. imp. Novel: 124. c. 2. Authen. Novo jure. Cod: de pœn. jud. qui mal. judic. c. tam literis 33. X. de Test. c. 1. & ult. X. de purgat. Can.* Cũ ex consensu plurium Doctorum, vel suppletorium Jusjurandũ, regulariter Reo potius, qvam actori deferendum, licet Reus nil probaverit; Reyger. *Thes. Jur. voce juramentum n. 141.* Menoch. *A. I. Q. l. 2. cent. 2. cas: 190. n. 20.* unde & apud Cypr. Regner. *in comment. & nov. anim. ad Cod: l. 3. de R. C. & jurejur.* seqventia reperiuntur verba. *Ratio cur l. 3. judex, qvando est inopia probationum, tenetur, causã decidere Jurejurando; hæc est; qvia reo (de qvo haud dubie d. l. loqvitur, ut patet ex l. 31. ff. de jurej.) gravato suspicionibo debet se purgare, ideoq; vel jurare vel referre jusjurandũ, qvod & in Veteri Testamento semper reo, sed nunqvã actori delatũ legimo. adde Repet. & Disp. ad d. l. 3. ubi tam perspicuis pluribo & rationibus hanc sententiã defendi, ut me juste ex simili causâ succubuisse existimem, qvod olim contrarium tutato sim. vid. id. disp: Cod. 2.* Ex qvo merito infertur, longe magis id habere locum in causâ matrimoniali; nec obst. qvod Consultissimus Carpz. *Jurispr. F. Const. 4. d. 46. n. 14.* actori qvandoq; juramentum purgationis injungi velit, qvod per hoc actrix se liberet ac purget â suspicione mendacii ac calumniæ, ne falso qvid asseruisse, & contra reum affirmasse videatur. Cum vel ipse fateatur, improprie ibi sumi vocem purgatorii juramenti, cum potius in supplementum juretur: præterea singularis plane sentẽtia ipso teste *n. 1. 3. 9.* & suppletoriũ nuncupatur â Dn. Franc. in rationibus decidendi in causâ M. E. C. contra A. R. ut â non nemine minus concinne in hanc sententiam sit adductus Brunneman. *cent. 5. d. 89. n. 9.* ubi inqvit *juramentum suppletorium contra matrimonium qvidem nunqvam, sed pro matrimonio tunc deferri potest, qvando præter semiplenam probationem insignes præsumtiones concurrunt*: qvod allegatum inibi Dn. Mevium *part. 3. decis. 402.* concernit, qvod duo testes non idonei, & præsumptiones non leves, pro semiplena sint probatione, ut faciant lo-

cum juramento ſuppletorio; ſermo inibi de cauſa civili, nõ autem matrimoniali, in caſu â Brunnemanno *d. l.* poſito, non imponitur hoc jusjurandum actrici, ſed reo, ut patet ex *n. 8. d. deciſ:* add: Corvin. *Aphor. jur. Can. lib. 3. tit. 31. §. 7. n. 6.* Adjectum in Definit. *lege*, qvod ipſa qvandoq; lex, ejusmodi purgationem reo injungat. Berlich: *part. 1. concl. 32. n. 4.* Indeq; Andreæ Rauchb. *p. 1. q. 11. n. 41.* legale audit juramentũ. vid. Carpz. *I. F. p. 1. conſt: 22. d. 15. n. 1.* idẽ ex Nomotheſia Lubecenſium & Hamburgenſiũ videre eſt. Vox enim legis tam late hic ſumitur, ut ambitu ſuo ſtatuta qvoq; comprehendat. Addimus *judice*, illius cum ſit, partiũ cognitis probeq; ponderatis probationibus & ſuſpicionibus, qvo minus in diverſa trahatur, (*ſolent enim*, ſunt verba Beuſtii, *tract: de ſponſ: part. 1. c. 40. imperiti judices, non intelligentes diſcrimen & differentiam juramentorum, ſæpe uni parti deferre juramentum, cui deferendum non eſſet; qvi judices fictâ æquitate, ex ipſorum capite tantum ſe recte pronunciare exiſtimant, qvod non ſolum eſt periculoſum*, ſed *etiam temerarium & levitatis plenum. vid. ſeqq:*) fortiori deficiente probatione, reo imponere juramentum, ut de veritate inde reddi certior qveat. *l. 3. Cod: de R. C. l. 31. ff. de jurej: c. inſinuatum. 13. de Simonia. c. ult. X. de Jurej:* Conſt: Elect: *part. 1. conſt: 22.* ad eamq; Dn. Carpz. *d. 15.* qvo cum & Græci conſentiunt Baſilic. *l. 22. tit. 5. c. 42.* Harmenopolus *l. 1. tit. 7.* Id qvod duplici ratione confirmat Pacius *de R. C. ad l. 3. C. h. tit. n. 22.* Nemo enim ſalutis ſuæ creditur immemor, inq; pari, Rei partes ſunt favorabiliores Actoris. Tabor. *Theſ: loc. com. l. 16. c. 58. axi. 2.* Actore enim non probante reus abſolvitur, ita ut in cauſa dubia & ancipiti, reo qvam actori magis ſit deferendum Jusjurandum. Ruland: *in Proc. Judic. ad Ferrar. Mont. part. 2. lib. 2. c. 9. p. m. 141.* Pacius *de reb: cred: ad tit. 1. lib. 4. Cod: l. 3. n. 23.* per *cap. ult. X. de Jurej.* Ultimo demum loco in definitione noſtra *purgationis* injicitur mentio. 1. Ad differentiam, â reliqvis juramentis, litis deciſoriis. 2. Ad demonſtrandum finem, qvi eſt, ut eo conventus, innocen-

II.

nocentiam ſuam declaret, falſaq; removeat. arg. *c. auditum 18. ca. 2. q. 4. c. de crimine c. 15. q. 5. c. quotiens. 5. X. de purgat. can. Authen. Novo jure. Cod: de pœn. jud. qvi mal. judic.* dum falſitatis actorem arguit, ſuamq; ſententiã firmat. Donel. *comment. 22.* Bocerus *cl: ult. diſp: 18. th. 27.* vel qvia demum per illud, Reus, famam & ſuſpiciones elidendo, conſcientiam ſuam purgat. Frantz. *ad Tit. ff. de Jurej: n. 66.* Nobiliſs. Dn. Ziegler. *comment. ad Inſt: Iur. can. de duplic. purgat. §. 1.*

§. 8. Abſolutis iis, qvæ ad ulteriorem intellectũ propoſitæ materiæ facere videbantur; ordo inſtituti noſtri nos vocat *ad cauſam efficientem impulſivam*; qvam ſtatuimus, neceſſitatem ex defectu aliarum probationum. Sæpe enim animadvertimus, non leves præter probationem ſemiplenam adeſſe præſumptiones, vel ſuſpiciones, qvibus forte Judex moveri poſſet, ne ſimpliciter abſolvendum reum ducat; Judex ergo, qvi viva qvaſi lex, ne ex nimio erga matrimonium favore, in cujus gratiã non pauca contra juris regulas conceſſa, vel ſeparandos jungeret, certum præſcribere modum prudens legislator ſategit, ne Reus niſi convictus condemnaretur, nec tamen impune illuſiſſe alterius honori & æſtimationi videri poſſit. Commodius ergo remedium reperiri haud potuit, qvã ut conſcientiæ id committeretur illius, qvi tale factũ negat, convinci tamen neqvivit; cum alias actore non probante, abſolvendus jure fuiſſet reus: qva qvidẽ ipſa lege Judex nõ debet eſſe clementior. Cardinal. Tuſch: *pract: concl: T. 5. lit. M. concl. 292. n. 3.* Farenac. *prax. crim. T. 1. q. 20. n. 60. ſeq.* Sed ſtricte illi inhærere; qvod ſecundũ acta & probata judicare teneatur, contra legem enim qvæ fiunt ipſo jure ſunt nulla. *l. 5. C. de ll.* Tabor. *in Barboſ: locupl: l. 10. c. 10. axi. 2.* Deficientibus ergo plenioribus probationibus, ad Jusjurandum neceſſariò deveniendum, idq; reo imponendum, qvo præſtito is abſolvendus cauſaqve terminanda.

§. 9. *Causam efficientem remotam* censemus *jus gentium*; qvatenus sc: Jurisjurandi religio, moratioribus gentibus recte asscribitur. Grot. *de jur. B. & P. l. 2. c. 23. §. 1. ibiq; interprr.* Wesenb. *paratit. de Jurej. n. 13.* Covarruv. *c. qvamvis 2. de pact: relect: 1. §. 6. n. 1.* qvamvis nec â vero aberraverit, qvi jus divinum qvoq; in partes vocaverit, exemplo mariti Zelotypi, cujus uxor tenebatur bibere poculum illud acerbum Zelotypiæ vid. Jo. Selden. *Ux. Hebr. l. 3. c. 15.* attamẽ si consideraverimus, â Jure civili formam accipere, satius ducimus cum JCTIS consummatissimis, Frantzk. *in comment. ff. de Jurej. n. 66.* Donel. *l. 24. c. 2.* Heig. *p. 1. q. 40. n. 28.* per *l. 3. §. 5. C. de jur. dom. impet. l. 6. §. 4. v. sicubi C. de his qvi ad Eccl: confu. l. ult. §. 10. de jur. delib. Nov. 124. c. 2. Authent. Novo jure. de pœn. jud. qvi mal. jud.* ad jus referre civile, nec calculum nostrum adjicimus. Beust: *ad Rub. & l. admonendi n. 230.* & Setser. *l. 3. c. 11. n. 3.* juri canonico originem tribuentibus, ex merâ qvâdam conjecturâ, qvod purgatio audiat canonica, cum ab eo saltem sit adprobatum & àdauctum *c. cum dilectis 15. X. de purgat. can.* Andr. Vallen. *de purg. can. §. 1.* vel qvod â sacris canonibus inventa & prodita, contra vulgarem: Zœs: *ad eund: tit. §. 1.* & canonistæ vulgariter. Unde tamen firmum arg. neqvaqvã duci poterit, qvinimò ipse Lancellot. *Inst. l. 4. tit. 2. §. 2.* â nostris stat partibus: nisi dicere velimus, illud qvoq; juri canonico non male adscribi, qvod ab ipso robur & approbationẽ accepit. Uti autem incunabula juri civili, augmentũ canonico, ita implementũ legibus Imperii & constitutionibus provincialibus debet. R. I. de A. 1548. **Käyserl. Landfried zu Augspurg aufgerichtet.** Rub. **Wie gegen denen so des Friedbruchs.** 14. O. C. *p. 2. tit. 10. & 11.* qvo cum convenit jus statutarium Lubec. & Hamburgense.

§. 10. *Causa efficiens propinqva, authoritas legis & judicis.* Cum enim prudentissimi legislatores viderent, non raro peccari in causâ tam arduâ, conjungiq; qvos separari satius, & contra; de remedio solliciti fuere, cumq; animadverterent, mederi huic neqvic-

neqvicqvam posse, nisi, mediante jurejurando veritas ex abdito cordis erueretur, Reo hoc injungere ad eximendum judici omnẽ scrupulũ, fas æqvũq; duxerunt: Imprimis qvod judicis officium nõ minima ex partem cõsistat in exigendis probationibus *c. judicantẽ 11. ca. 30. q. 5.* qvæ ab actore prolatæ, sæpius ad convincendũ non sufficientes, ita tamen comparatæ, ut, aliis præsumptionibus suspicionibusq; gravioribus suffultæ, judex ex officio reo, juxta legis tenorẽ, injungat purgationis juramentum; id qvod non tantum probat jus Saxon. *Const. Elect. p. 1. const. 22. ibi* daß *ex justa causa* solches *juramentum* ein Richter befugt seyn sol zuerkennen. Sed & O. C. *p. 2. art. 10. §.* Es sollen und mügen auch. *7. & R. I. de A. 1559. §.* im Fall aber *29.* An autem partis, proprio ausu jurantis, Sacramentum alicujus valoris censendum, disqviri posset? qvod regulariter negandum, per *l. 3. princ. ff. de Jurej.* nec se offerens admittendus; multo minus audiendus, qvi proprio motu, nec lege, nec judicis jussu ad id adactus, juravit: levioris enim animi signum, id ultro appetere, qvod alii, ut onus gravissimum, declinant: qvamvis igitur ultroneum ejusmodi juramentũ nihil valeat qvoad utilitatem jurantis, recte tamen contra ipsum firmiter concludit, per allegata Dn. Mevio *ad J. Lub. l. 5. tit. 8. art. 1. n. 2.* est tamen, ubi & lege concessum, se ad hoc ipsum offerre jusjurandum: uti pluribus probat Dn. Mevius; ut fallat regula, qvod ad jurandum se offerens suspectus sit, in casu, si per statutum id deferatur. Idem statuitur *p. 1. tit. 34. §. 9.* Hamburger Stadt-Recht.

§. 11. *Causa efficiens proxima*, est ipsius juramenti purgationis præstatio; ita ut Judex nullo hoc remittere pacto valeat, Beust. *de sponsal. c. 57. p. 78.* propterea, qvod eam ob causam introductum, ut de innocentia Rei constet; cum non paucis nec levibus, præter semiplene factam probationem, is oneratus suspicionibus, ut judici scrupulus eximatur, qvem percepit ratione prætensi matrimonii, ut hoc ipso præstito accusatum legitime ab

intentatâ accusatione absolvat: qvamvis qvis juramentū illud evitare possit, suscipiendo in se probationem; qvod tamen rursus subire compellitur, si illa deficiat. Carpz. *p. 1. const. 22. d. 16.* Rauchbar. *p. 2. q. 3. n. 29.* cui adstipulatur jus Lub. Dn. Mevius *d. l. n. 22.* sin contumaciter neglexerit pro convicto & confesso habetur, ut late deducit Belitz *in proceß. jud. tab. 10. q. 4.* Brunnem. *proceß. judic. c. 24. n. 36. ibiq; citat.* matrimoniumq; contrahere cogendus. *c. insinuatum 13. X. de simon. c. cum P. Manconella 7. X. de purgat. canon.* Lancellot. *Inst. can. de dupl. purgat. §. Qvicunq;.* Qvin autem pars actrix juramentum remittere qveat, generosâ qvâdam indole motâ, ad præcavendum instans perjurium, cum qvi sinit sciens perjurū jurare, homicida habeatur: nec qvisqvā perjuriis viam aperire debeat, per tradita Tabori *Thes. loc. com. l. 14. c. 23. axi. 7.* eoq; casu ipse jurandi conatus pro actu habetur; qvod paratus jurare, censeatur juravisse; & cingendus habeatur pro cincto, passim id asserentibus Doctoribus: qvamvis Beust. *de spons. d. l.* juramentum â parte remitti posse neget, qvia illa remissio non in potestate partis, sed legis dispositione, qvæ velit hoc juramentum â parte esse præstandum, ita ut nil referat, si pars dicat, qvod pars adversa falso juratura sit.

§. 12. *Finis* sacramenti purgatorii est, (1) ut judex veritatem promissionis, vel ejusdem falsitatem, mediante illa religiosâ assertione expiscari qveat, cum ergo se debitò purgarit suspectus, Judex, cui tuto in pronunciando insistere possit, habet, vel inde qvod præstitum juramentum pro probatione sit *l. 5. §. 2. ff. de Jurej. ibiq; DD.* (2) ut jurans, prolatis suspicionibus & præsumptionibus, â parte adversâ sese exoneret, innocentiamq; suā ostendat. *c. fin. X. de jurej. c. final. X. de purgat. can. c. ex tuarum 3. ibiq;* Panormitanus *c. cum in juventute 12. eod.* atq; ita fide firmata absolutionē obtineat. *c. omnibus 19. c. ita ergo ca. 2. q. 5.* habet enim juramentum vim sententiæ *l. 11. §. final. ff. de jurej.*

§. 13.

15.

§. 13. *Materiam* perlustrantibus, se sistit *subjectum*, qvod duplex; *constituens* & *recipiens*; prius ad judicem competentem spectat. Solent autem causæ matrimoniales, & per consequentiam hujus jurisjurandi impositio, plerumq; referri ad Judicem ecclesiasticum. *c. tam literis 33. X. de Testibus c. ex tuarum 8. de purgat. can. c. cum dilectis 15. in fin.* ibiq; Vivianus *rational.* Qvod processus ab incompetente judice gestus, & sententia, â non suo Judice lata, non teneat. *c. clerici 8. X. de judic. adq; illum tit. Canonistæ communiter*, & late D. Christian. Weber. *de jur. & Rat. Consist. sect. 20 p. m. 432.* qvod & hodie in qvibusdam locis August. Confess. addictis obtinere, praxis qvotidiana testatur. Cum autem hodie pleriq; orthodoxorũ, se huic subduxerint jugo, & jus antiqvitus competens, qvasi postliminio recuperarint, qvin coram judice seculari illæ agitari rite qveant, nullum amplius dubium est; qvamvis in Consistoriis maxime de hisce rebus disceptari soleat; *huic* (sunt verba antea laudati Weberi *d. tr. sect. 18. p. 396.*) *Constitutio Mecklenburg. causas matrimoniales duntaxat per accidens, ex peculiaribus qvibusdam impulsivis ac considerationibus, ad forum ecclesiasticum devenisse tradit; nihilominus autem retinendas esse judicat.* Innuit autem **Mecklenb.** *Revid.* **Kirchenord.** *cap.* **Von Kirchengericht.** *f. 130. seq.* idem Weber. *p. 399.* monet, Cameram etiã esse judicem in causa matrimoniali, si inter Aug. Conf. status, lis hac de materia orta fuerit, cum regulariter aliàs matrimonialia in isto non disceptentur foro. Tractantur autem tum coram ordinario judice *l. 16. C. de judic. & tot. tit. X. de offic. jud. ord.* tum etiam coram illo, mandatam qvi habet jurisdictionem *l. 1. §. 1. ff. de offic. ej. cui mand. est jur.* C. J. A. §. 22. *de Judic.* qvem posteriorem canones delegatũ vocitant. *tot. tit. X. de offic. & potest. jud. deleg.* ibiq; Vallens. Zœs. Ungepaur. & alii; cũ & illi competat facultas imponẽdi hoc jusjurandũ. Beust. *ad l. admonendi 31. ff. de Jurej. n. 164.* Nec collegia Theologica & Juridica excludenda, cum acta

ad

ad ipsa qvoq; transmitti consistoria, tota testetur dies, imprimis qvod obtinet, si ad instantiam & reqvisitionem judicis, sententia fuerit lata. An & commissariis judicibus, & arbitris hoc tribuendum? magnum esse dubium censet Beust. *ad d. l. admonendi n. 66.* Si ponderaverimus, hos ipsos comprehendi, sub voce judicis late sumptâ; uti pluribus id deducit Frantz. *comment. ad ff. de recept. arbit. n. 13. seq.* nec non, qvod cogantur sententiam ferre *l. 21. ff. eod.* causam itidem cognoscere & discutere. *l. 11. 14. l. 25. eod.* id, qvod sine exactiori examine fieri neqvit, affirmandũ videtur. Verius tamẽ negatur, per tradita Bacchov. *comm. in prim. part. ff. lib. 4. tit. 8. c. 2. §. 3. p. 1240. seqq.* imo si de facto jusjurandum imposuerint, inefficax illa foret impositio, ob legum prohibitionem. Uti autẽ Commissario, constituto ad rei dubiæ probationes recipiendas, qvod judici nõ vacet, id denegari diximus; qvin tamen per speciale mandatum, facultas ipsi dari possit, ad imponendum hoc purgationis sacramentum, nullum dubium; arg. O. C. *p. 2. art. 10. §. 4.* Es were denn daß der Richter. Sed restringendum tamen id, ut coram tribunali fiat, qvia Commissarius, ministri saltem fungitur officio, sententiamq; â Judice competente latam, executioni mandat; late id explicante Rutger. Ruland. *de commiß. p. 1. l. 1. c. 3. n. 8.* Ab impositione autem hac excluditur judex incompetens, per tradita Meier. *C. I. A. ad tit de judic. th. 282. seq. c. cum dilectis. 15. c. nos inter. 6. X. de purgat. can.*

§. 14. Præstandum hoc juramentum â Reo, (qvi constituit *materiam subjectivam recipientem*) præter semiplenam factam probationem indiciis & conjecturis probabilibus onerato, nec dum convicto. Wesenb. *cons. 98. n. 29.* Hoc autem non sunt digni beneficio, qvi per ducentas & amplius literas, matrimonii promissionẽ continentes, eandemq; confirmãtes, convicti sunt, sed hi per judicis officium ad consummandum matrimonium potius cogendi. Ratione autem conditionis, hoc tam *Clericis*, qvam *Laicis* imponitur, frustraq; objicitur *l. 25. §. 1. in fin. C. de Episcop.*

Epiſc. & Cler. Authen. Sed Judex. C. eod. Novel. 123. c. 7. in qvibus prohibentur clerici jurare, cui & canones adſtipulantur; *c. nos ſacramentum. 3. ca. 2. q. 5. c. inhærentes. 1. X. de juram. calumn.* Verum objecta *l. 25. §. 1.* non loqvitur de hoc noſtro caſu, eandemq; ad ſolos clericos Conſtantinopolitanos reſtringit Borchold. *de Jurej. c. 4. n. 13.* Novell. qvoq; jure correctum eſſe alii DD. volunt. *D. Authen.* loqvitur de ſolo Epiſcopo, qvod non cogatur jurare tactis S.S. Evangeliis: vid. Rittersh: *Expoſ: Novell: p. 1. c. 7. Reg. 15. n. 82.* Math. Stephan. *ad Novell: 123. n. 23.* alii, poſtrema illa verba *non tamen jurent*, tollenda eſſe exiſtimant, qvod in fonte *Novel: 123. c. 7.* non reperiantur. Borchold. *d. l. in fin.* Speckhan. *Cent. 1. q. 5. n. 2. Dict. c. 3.* itidem de Epiſcopis ſentit. *c.* vero *1.* de juramento calumniæ, qvamvis nec ab illo immunes omnino ſint habendi per tradita Carpz. *I. F. p. 1. c. 16. d. 69.* & *centur. 1. deciſ: Ill. 77.* ad arg. Dedekenni *Theſ: conſ: & deciſ: v. 1. p. 3. m. 4. ſect. 4. n. 15. p. 897.* aliasq; objectiones reſpondet Finckelthaus. *Obſ: pract. 95. add.* Math: Coler. *p. 1. d. 211.* ubi *in fin.* Dnn. Wittebergenſium ſententiam recenſet. Canonibus dictis objicitur *c. Ego N. Epiſcopus. 4. c. nullus 5. c. tuanos. 11. c. etſi Chriſtus 26. X. de Jurej.* qvemadmodum, in ſpecie purgationis ſacramentum, clerico plures injungunt canones. *c. Presbyter. 5. c. Mennam. 7. c. Presbyter. 13. c. ſi mala. 16. c. qvoties. 17. c. omnibus. 19. ca. 2. q. 4. c. de crimine. 1. ca. 15. q. 5. c. inter ſolicitudines. 10. X. de purgat. can.* aliaq; capitula; nec ipſe Leo Pontifex hoc recuſaſſe legitur. *c. auditum. ca. 2. q. 4.* Sin jurare detrectarit, pro confeſſo habebitur. Heig. *p. 1. q. 40. n. 36.* Carpz. *prax. crim. p. 3. q. 116. n. 80.* Magnif. Dn. Ziegler. *comment. in I. I. C. de duplic. purgat. §. 3. p. 916.* Setſer. *de juram. l. 3. c. 11. n. 14.* De laicis nullum dubium, qvin ad ejus præſtationem teneantur. Ratione *Sexus* ad id aſtringitur tam *Mas* qvam *Fœmina*, qvamvis enim hujus teſtimonium vacillans & mutabile. *c. Forus. 19. X. de V. S.* uti qvæ ter in hora mutari dicatur, ut non mirum, ſi non tanta, qvanta viro fides habeatur, per tradita Tabori *Th. loc. com.*

com. l. 11. c. 55. ax. 5. & Weſenb. *Conſ. 98. n. 9. ſeq.* unde

Qvid levius fumo? flamen! qvid flamine? ventus,
Qvid vento? mulier; qvid muliere? nihil.

Cum ergo nullibi legantur exemptæ, cœteris paribus, merito admittuntur, cum mulier nil qvicqvam prærogativi habeat ultra maſculum, niſi qvatenus in jure expreſſum reperiatur. Tabor. *d. l. ax. 3.* nec abnuit rationis identitas, & natura correlativorũ; cum inſuper vel ipſi canones monialibus injungere nõ dubitent purgationem. *c. Moniales. 3. de purgat. can.* vid. Setſer. *de juramen. l. 3. c. 3. n. 27.*

§. 15. Perluſtratis qvibus imponatur, nunc videndi, qvinam juſte removeantur: Quales *I. Infamia laborantes*; qvod infames ab omni arcendi ſint jurejurando. Setſer. *de juram. l. 3. c. 11. n. 23.* Beuſt. *ad l. admonendi 31. de jurejur. n. 179.* Cum enim à teſtimonio arceantur in cauſa aliena, multo minus in propria ſunt audiendi; id qvod & alia jura ſtatutaria obſervant. J. Lub. *p. 2. tit. 3. art. 3. & ſ.* & Stat. Hamb. *p. 1. tit. 34. art. 9.* Qvibus etiam annumerantur, corporis ſui qvi fecere copiam. Beuſt. *ad d. l. n. 613. II. Procurator*; Didac. Covarruv. *ad. c. qvamvis de pact: in ſext. rel: 1. §. 5. n. 8.* Setſer. *de juram. l. 4. c. 12. n. 19.* Beuſt. *ad cit. l. n. 408.* Ummius *Proceſſ: Jud: Diſp: 14. Theſ: 13. n. 75.* Donel. *l. 24. c. 3.* adq; eund. Hillig. *lit. R.* Qvamvis autem de jure civili qvadantenus permiſſum videatur, jure qvoq; canonico concedatur in juramento calumniæ, & aliis qvibusdam ſacramentorum ſpeciebus; de jure tamen Lubecenſi. *l. 5. tit. 8. art. 2.* ubi Mev. *n. 28. ſeq.* prorſus id prohibitum; qvod hac in parte ſeqvitur jus Saxon. Ex ſtatuto Hamburg. idem obtinere teſtatur *art. 10. tit. 34. part. 1.* Qvamvis nec de jure Saxonico omnium una eademq; ſit ſententia, uti eſt videre apud Rauchbar. *qv. Jur. Civil. & Saxonic. p. 1. q. 8. n. 16.* qvi tamen adſtipulatur ſententiæ negativæ *d. l. n. 17.* cui calculum qvoq; adjicit. Carpz. I. F. P. *1. C. 24. D. 11. n. 4.* Inprimis *C. 12. D. 39.* nec non *C. 22. D. 19.* Berlich. *P. 1. Concl:*

34. n. 7. Qvamvis nec desint, qvi de jure civili idem statuendum esse censeant; qvod (1) Reo suspecto propria manu hoc juramentum præstare præcipiatur. *cap. si verò 4. X. de sentent. excommunic.* (2) Justinianus hoc expresè fieri velit. *l. 12. §. 4. C. de reb. cred.* ubi Brunnem. *vid. C. I. A. ad tit. de procur. Thes. 29. n. 8.* Ventur. de Valent. Parthen. Litigios. *l. 1. c. 15. §. 33.* (3) Judicis præsentia & perjurii declaratio, juraturum magis commoveat. (4) Judex ex vultu aliisq; circumstantiis argumentum sæpè ducere possit. (5) Huic sententiæ adstipuletur R. I. *de A. 1548. sub tit.* **Wie gegen denen die des Friedbruchs.** 14. ubi qvidem de fracta pace, qvin tamē ad nostrum casum referri possit, extra omnem dubitationis aleā positum esse arbitramur; cum autem inibi Illustribus personis duntaxat, juramentum purgationis per procuratorem præstare concessum, reliqvis negatum rectè concluditur. vid. præter antea adductos, Anton. Fab. *ad Cod: l. 4. t. 1. def. 31.* Setser. *de juram. l. 3. c. 11. n. 41.* Beust: *ad l. admonendi 31. ff. n. 308.* pluresq; in hanc rem afferens rationes & argumenta Oldekopff. *diss. de Jurej. in alter. animam. n. 15. & seqq.* III. *Perjurus; c. parvuli. 14. ca. 22. qv. 5. c. Nobilis. 1. X. de purgat. canon.* Wesenbec. *consil. 98. n. 29.* tum ob tritum illud Ciceronis: semel qvi pejeravit, ei credi postea non oportet; tum qvod semel malus, semper præsumatur talis. *Reg. semel. 8. de R. I. in 6to.* ubi Peck. & Dynus Muxell. IV. *Innocentiam deducere paratus;* ratio, qvod remedium subsidiarium & extraordinarium, ad qvod non facilè recurrendum. *c. ita ergò. 5. ca. 22. qv. 1. c. sicut. 2. X. de probat.* ubi Joh. Bapt. Vivian. *in rational. c. nos inter. 6. X. de purgat. can.* O. C. *p. 2. art. 10. §.* **Würde sich aber.** 2. Berlich: *p. 1. c. 33. n. 13. seqq.* Rauchb. *Qv. p. 2. q. 3. n. 14.* Si autem exculpatio nō sufficiens judici visa fuerit, integrum est ad purgationem recurrere. Alleg. Dd. dict. loc. V. *Nondum suspectus factus reus;* qvia talis purè absolvendus. *l. 4. C. de Edend. c. ult. X. de jurejur.* Conf. Constit. Elector. *22. ibi.* **wo ein redlicher Verdacht wider ihn außgeführet/** *& p. p.* **Wenn der Kläger hätte einen grossen Ver-**

 dacht

dachterwiesen. VI. *Semel purgatus*; Setser. *de juramen. l. 3. c 11. n. 20.* nisi præcedens purgatio fortè non legitimè peracta. *c. ex tuarum 8. X. de purgat. canon. ibiq; Gloss.* Vel alia ratione vitiata. *l. 3. §. fin. l. 33. ff. de Jurejur.* Carpzov. *Resp. jur. l. 3. resp: 49.* Vel in pristino statu non permanserit. Novis enim emergentibus circumstantiis, vel aliis præsumptionibus urgentissimis succedentibus, de novo exigere integrum. uti est videre *dict. loc.* VII. *Impubes*; qvoniam impuberum sponsalia, puberes facti, renovanda, qvod resolvantur in sponsalia de futuro. Dn. Ziegler. ad J C. *de sponsal. §. 4.* VIII. *Ebrius; c. Sanè. 7. q. 1. ca. 15. c. â crapulâ 14. X. de vit. & honest: cleric.* Setser. *de juram. l. 1. c. 5. per tot.* IX. *Furiosi*; qvia omni consensu destituuntur, nec possunt percipere naturam jurisjurandi, aut à perjurio se cavere.

§. 16. *Objectum*, sive *materia circa qvam, causa matrimonialis*, res gravis, ardua, majorisq; præjudicii, proin evidentissimam sibi postulans probationem, ut si locus huic jurijurando esse debeat, ad semiplenam probationem gravissima argumenta accedant, & indubitata indicia necesse sit. *l. ult. C. de probat.* ubi Brunnem. *c. sciant. 2. ca. 2. qv. ult.* in tantum, ut Wesenbecio *in Paratit. de fid. Inst. n. 4. sub fin.* ne instrumenta qvidem sufficientia ad probationem criminalium videantur; cui certâ ratione adstipulatur Gail. *de P. P. l. 1. c. 15. n. 13.* Wesenb. *Comment. in l. 3. C. ubi de crimin. ag. oport. n. 35.* per *l. 3. §. 3. de Test.* Mascard. *de probat. V. 1. Concl. 460. & 499.* Farinac. *prax. crim. p. 3. q. 84.* Jul. Clarus *q. 54. p. 194.* cui tamen rectè se opponit Dn. Tabor. *Racemat. crim. def. 1. §. 37.* Dn Brunnem. *ad l. fin. C. de Testib. ibiq; allegat.* Pacius *in comment. de R. C. ad l. ult. n. 7. c. de probat.* Ad *d. l. 3. §. 3. de Testib.* Resp. testimonia ibi non denotare documenta & instrumenta, sed scriptas testium depositiones. Causas autē matrimoniales objectivè sese hic habere, communis testatur Dd. opinio. vid. Carpz. J. F. *p. 1. C. 23. D. 10.* Berlich. *p. 1. concl. 54. n. 14.* Bachov. *T. 1. disp. 21. th. 19. lit. A. ad verb. in matrimonialib9.* Mascard.

ſcard. *de probat. Vol. 2. Concl. 133. n. 3.* Gail. *2. Obſ. 94.* Beuſt. *de ſponſ. c. 41.* Ummius *Proceſs: jud: diſp: 14. th. 15. n. 84.* Hillig. *ad Donel: l. 24. c. 19. lit. X. §. 3.* ibi *matrimoniales. p. 1281.* Borchold. *de Jurej. c. 5. n. 23.* aliiq; innumeri. Qvod qvidem locum habet, qvatenus ad diſſolutionem matrimonii agitur; ne pars altera invita cogatur propter adverſæ partis juramentum, contra libertatem matrimonium inire, cum hoc debeat contrahi ſpontanea contrahentium voluntate. *c. reqviſivit. 17. X. de ſponſal:* qvod coactæ nuptiæ difficiles ſoleant habere exitus, monente Viviano, *ad d. c.* utqve præterea fraus omnis & dolus præcaveatur, eo enim admiſſo, metuendum maxime, ne puella, qvo in matrimonium qvendã acciperet, adornet nõ neminem, qvi promiſſum matrimonium teſtetur, & ſic ſemiplena probatione teſtimonio unius facta, cupiditate præterea conſeqvendi procum inducta, ejus exiſtat levitatis, ut ſpreto perjurio, fidem matrimonii juramento confirmare non erubeſcat: id qvod penes meretriculas ejusmodi, ut amiſſum honorem recuperent, ſit facile locum reperturum. Cui levitati tamen in causâ tam arduâ, maxime proſpiciendum, ne cõtra voluntatem ejusmodi perſonæ prava jurantium fide in perpetuam qvaſi ſervitutem ſemet detrudant.

§. 17. Qva ratione adducti communiter Dd. matrimoniali in causâ, juramento ſuppletorio eſſe locum negant; qvod in cauſis, in qvibus jura reqvirunt evidentiſſimam, indubitatam & plenam probationem, jurijurando in ſupplementum haud eſſe locum velint. Reyger. *th: Jur. voce juramentum. §. 142.* Gail: *2. Obſ: 94. n. 8. & 1. Obſ: 108. n. 11.* F. Fabricius *Proc. Jud: tit. 77. p. 1221.* Beuſt: *ad l. admonendi. 31. de Jurej: n. 270.* Setſer. *de juram. l. 1. c. 11. n. 6. ſeq.* Jul. Clarus *Recept. ſent. l. 5. §. fin. q. 63. I. B.* Bajard: *in addit. ad eund: q. 63.* Berlich. *p. 1. Concl: 54. n. 14. ſeq.* Heig: *p. 2. q. 16. n. 26.* Ayrer. *proceſ: p. 1. c. 5: obſ: 2. n. 18.* Anton. Bullæus *horar. ſuccif: diſ: 2. append: §. 1.* Mynſing: *cent. 1. obſ: 68.* Tholoſanus *paratit. jur. can. l. 5. c. 2. §. 5. l. 00.* Barth: Socin. *fallent. R, I. 252. fall: 1. &*

12. Carpz. I. F. *p. 1. Conſt: 23. D. 10. n. 11.* Conrad: Mauſer. *tract: de Nupt. p. 315.* Schneidvv. *de Nupt. §. 28. ſeq.* Cypræus *de ſponſ: c. 3. §. 2. n. 13. & c. 10, §. 6. Si actor*, inqvit, *probationibus deſtituatur, & teſtem qvi adhibitus ſit ſponſalibus habeat neminem, ne qvidem reo juramentum deferendum eſt, ſui purgandi causâ, ſed is jure abſolvendus:* ubi §. 3. etiam præjudicium affert, inq; ſuas vocat partes Chytræum *in c. 18. Levitic.* Qvamvis haud difficiles concedendo ſimus, qvod ubi probationes luce meridianâ clariores, ex qvibus aliqvis ad conſummandum matrimonium jure merito cogi poſſit, adſint, locum qvoq; ſibi vindicaturū eſſe juramentum ſuppletorium, qvales caſus in ſcenam producit Cypræus *de ſponſ: c. 14. §. 18. n 2.* & Schneidvv. *de Nupt. p. 1. n. 29. p. 436.* ubi præter plures ſemiplenas probationes, apparuerint præſumptiones non leves, indicia item & adminicula non exigua, ita, ut omnia pro actore militent; Reus contra omnibus iis deſtitutus, Puta: Mevia adducta blanditiis Titii, valde eandē ardentis, conſentiente matre, matrimonium promittit, fama per integram civitatem de hoc diffunditur, plurimæ teſtantur literæ, arrhæ ſponſalitiæ dantur & accipiuntur, Mevia effigiem promittentis in teſtimonium hujus rei ſibi donatam palam geſtat; qvis ſanus hoc caſu negaret, jure propitio, Meviæ jusjurandum ſuppletoriū injungendum potius, qvam Titio, ſponſalia tot tantisq; argumētis ſuffulta, pertinaciter neganti, purgatorium; verum iſtiusmodi caſus cum ſint rariſſimi, de qvibus jura raro conſtituunt *l. 3. ff. de ll.* Idcirco cordatus Judex, ſine omni dubio, pro actrice ſententiam, ne injuncto qvidem jurejurando laturus, & ejusmodi promiſſorem, niſi ultro juri ſuo pars actrix cedere velit, ad conſummationem promiſſi compulſurus eſt.

§. 18. Quamvis non pauci D D. in ea videantur eſſe opinione, unius teſtimonium, ſemiplenam inferre probationem, ita, ut actori id producenti, jusjurandum ſuppletorium veniat injungendum. Paul. de Caſtro. *n. 45.* Alexander. Jaſon. *in l. 31. admonen-*

monendi. ff. de Jurejur. Sichard. in l. 3. n. 14. C. de R. C. Ummius proceſ. jud. diſp. 15. th. 1. n. 5. & 18. th. 1. n. 1. Setſer. de juament. l. 4. c. 12. n. 8. qvibus etiam calculum addere videtur Valent. Förſt. de Jurisdict. Rom. Numæ. n. 57. Hinc per ſe patet, qvid ſentiendum, ſi muliercula qvædam levisſima, ſummarie, an Eydesſtat/ depoſuerit, ſe iterata vice obſervaſſe, depoſita toga, juvenem mediam amplexantem juvenculam, datoq; oſculo dicentem: Tu es mea, egoq; Tuus; ut non aliter exin imperare ſibi potuerit, qvam ut crederet, illos eſſe deſponſatos: mereri nempe vix nomen vel præſumtionis cujusdam levioris, vixq; inducat ſuſpicionem. Setſer. de juament. d. l. n. 9. ſi conſideraverimus præprimis eſſe (1.) injuratam depoſitionem, cum juris tamen ſit apertiſſimi, qvod niſi ante examen jurarit teſtis, ejus depoſitio nil probet. Gail. 1. Obſ. 101. n. 9. Mynſing. 3. Obſ. 80. Ayrer. proceſ. p. 1. c. 8. Obſ. 3. n. 38. & laudati Dn. Ziegler. ad §. 6. I. Canon. de probat. in tantum, ut ne qvidem clericis vocatis in teſtimonium, injuratis habeatur fides. Hahn. ad Weſenb. de Teſtib. n. 5. Finckelthauſ. obſ. 95. Carpz. p. 1. Conſt. 16. D. 69. Inſt. I. C. de præſumtion. §. 6. qvod omnis vis ac poteſtas atteſtationum, in teſtium conſiſtat jurejurando. l. 9. C. de Teſtib. ubi Brunnem. c. Nuper. 51. c. qvoties 3. X. eod. Carpz. proceſ. jud. tit. 14. art. 3. §. 6. n. 70. Lancel. J. J. C. de probat. §. 6. ubi Dn. Ziegler. ita ut prorſus tales ſint rejiciendi teſtes. l. 18. C. de Teſt: c ſi Teſtes. 3. in fin. ca 4. q. 3 Setſer. de juram. l. 3. c. 9. n. 8. ſeq. latè Oldekopff. contr. Carpz. Decad. 1. qv. 4. proceſ. crim. p. 97. ſeq. qvod deficiente hoc ſubſtantiali, etiamſi mille deponerent, nullius foret momenti. (2) qvod unio teſtimonium habeatur pro nullo. c. licet univerſis. 23. c. in omni negotio. 4. X. de teſtib: Farinacius de Teſtib. qvæſt. 63. c. 1 n 1 ſeqq. Duo qvippe minimum teſtes ad probationem neceſſarii. l. 12. ff. de Teſtib. l. 9. §. 1. c. eod. C. C. C. art. 67. ibiq; Dd. communiter. Cum unus non omni exceptione major, in levioribus ſaltem cauſis, præſumtionem faciat. Struv. Syntag. I. C. Ex. 28, th. 36. Wiſſenb. de

Teſtib.

Testib. th. 32. exq; illo Brunnem. *Qv. paratit. ad Wesenb. q. 8.* Cypræus *de sponsal. c. 14. §. 2.* (3) probationes per testes singulares sint imperfectæ, & si qvis multos proferre testes singulares velit, tantum probent mille testes singulares, qvantum unus. Hyppol. de Marsil. *in princ. crimin.* Cothman. *V. 1. cons. 12. n. 119.* Bald. *in l. jusjurandum. ff. de Testib.* & Reyger. *th. Jur. voce Testes. n. 110.* ubi *n. 112.* docet, juramentum suppletorium ad testes singulares non esse deferendum. Sunt autem testes singulares, qvi de diversis ac separatis deponunt, ac proinde nil probant. Berlich. *p. 4. Concl. 4. n. 138.* J. Ægid. *de testib. & eor. reprobat. n. 32. l. 21. in fin. de testib. c. licet ex qvadam. 47. c. licet. 23. de testib. & atteslat. ubi Gloss:* Alexand: *Vol. 1. Cons: 3.* qvibus ea propter non creditur, neq; conjungi possunt, qvotcunq; etiam fuerint, cum ne qvidem faciant indicium, multo minus semiplenã inducant probationem. *c. licet. 9. de probat.* Speculat. *de Testib: §. 1. v. qvi testes.* Duaren. *disp: anniversː 2. c. 33.* C. C. C. *art. 23. & 30.* Donel. *l. 24. c. 11.* & citati Anton. Bulæo *horar. succis: discurs: 2. append. 2. §. 1.* Id qvod etiam præjudiciis cameralibus comprobat Rutger. Ruland. *ad c. 7. proces: judic. Ferrar. Montan. p. 1290.* nec (4) juramentũ, in defectũ legitimæ probationis possit deferri, ex depositione unio fœminæ; qvia fœmina non est testis omni exceptione major, Cravet. *Cons: 99. n. 5.* Alex. *V. 1. cons: 70. n. 14.* Reyger. *th. jur. Voc. juramentum.* §. *121.* qvod, canente Poetâ, sit *varium & mutabile semper, fœmina:* ex qvâ qvoq; ratione, canones mulieres â testimonio removent, ut videri potest. §. *6. I. C. Lancel: de probat.* Zœs. *ad ff de testib: n. 5.* qvare in paribus qvoq; probationibus. masculo potio, qvam fœminæ, imponi sacramentum, fas æqvũq; esse Dd. statuunt. Hartman. Hartmanni. *tit. 25. obs: 6. n. 9. seq.* Ludov. Romanus *in rep. l. admonendi. n. 101.* & ex his Magn. Dn. Ziegl. *comm. ad I. I. C. de probat. §. 36. p. 839.* Carpz. *I. F. p. 1. Const. 22. D. 18. n. 5.* inde vult, qvod juramentum, viro & mulieri impositum, â viro prius sit præstandũ; qvod major levitas & inconstantia in fœminis præ-

præsumatur qvã viro, ut ita præcaveatur perjuriũ. *c. Forus in fin. X. de V. S.* Wesenb. *Conf. 98. per tot.* ubi duarũ fœminarũ depositionem, in causâ adulterii non sufficere, late deducit; objectioni *in princ.* §. motæ, facillimè occurrere possumus, si consideraverimus, Authores allegatos intelligendos, tum de teste jurato, ac parte adversan ad formandum articulos, debito modo reqvisita, observatisq; observandis; tum de causis civilibus, iisq; minoris abollæ; cum matrimonium contra, & sponsaliorum materia, sit ex numero causarum gravissimarum, ubi ne unius qvidem testimonium, licet idonei maximè, semiplenam efficere probationẽ valet. Petrus Gregor. Tholos. *Syntag. J. U. l. 48. c. 13. n. 7.* qvod. eo magis locum hic habeat necessum est, qvando (6.) deposuerit de credulitate tantum, qvod crediderit eos desponsatos esse; testis autem de credulitate, sive judicio suo deponens, non probat *Glos. in l. testimonia. de testib.* Bartol. *in l. 2. §. item in verb. dicitur habere. ff. de Aq. pluv. arc.* Innocent. & DD. *in c. qvoties. 5. de testib.* adeo ut ne is qvidem testis probet, qvi firmiter, sive pro certo credere se dicit, uti pluribus docet Tabor. *Thes. loco. com. Barbos. l. 18. tit. 15. axi. 26.*

§. 19. Parentum depositioni, in causa matrimoniali, non minima itidem adscribenda vis & efficacia videtur, ita ut eorum assertis, judicialiter imprimis factis, non parum fidei habendum; ut exin judici facile scrupulus fieri possit, qvo inducatur, parti actrici suppletorium jusjurandum deferre, cum militent ab hac parte *c. 3. X. qvi matrim. contrah: poss.* qvod parentes ad testimonium admittit, ut hac ratione inductus vid. Brunnem. *Cent. 5. decis: 89. n. 4. & 5.* qvibus addi poterit. *c. 1. & 2. ca. 35. q. 6. in matrimonio* (sunt verba Clementis III. Pontificis *d. l. 3. in fin.*) *conjungendo & disjungendo ex ipsius conjugij prærogativa, & qvia favorabilis res est, parentes congrue admittuntur.* Qvin ergo aliis accedentibus probationibus, parentum testimonium non simpliciter esse rejiciendum admittamus, nil obstat, si forte qvæstio de casu

qvalis §. 17. *in fin.* depingitur. Sed qvid? ſi mater deprehendat gnatã cum proco, ſolam cum ſolo, oſcula ei præbentem, ut leviter eundem increpare cogatur; *oſcula tantummodo eſſe legitimorũ conjugum*, isq; reſpondeat. *Mater qvod non ſumus, fieri volumus*: poſſitne hæc confeſſio ſemiplenam inferre probationem, dubitari poſſit? nos propitia Themide vix hoc dici poſſe credimus; qvod non tantum alii, tam juris canonici qvam civilis textus, reclament; ſed & ipſa ſana ratio contrarium dictitet (imprimis ubi injuratum tale fuerit teſtimonium, ſicq; in ipſam formã peccans) & imbecillitatem hujus argumenti infringat. *vid. § 5.* J. J. C. *qui matrim. accuſ: poſ.* ubi verba ex *c. 3.* antea allata, ad ſolum reſtringuntur patrem, cujus merito teſtimonium materno præfertur, ob rationes §. *18.* allatas: belliſſimè etiam explicat textũ Magn. Dn Ziegler. *in accuratiſſimo Comment. ad d. l.* ubi ille, *cæteris paribꝰ, qvando ſcilicet in talibꝰ perſonis, nõ concurrit alia qvalitas, per qvã â teſtimonio rejiciãtur. Si enim alia qvalitas concurrit ultra aut præter conſangvinitatem, ſtandum erit regulæ communi, qvæ habetur in l. 9. ff. de Teſtib. & l. 6. C. eod. Petr. Paul. Paris. part. 3. conſ. 56. n. 30. 31. atq; hinc qvando qvæſtio eſt, an matrimonium contractum ſit vel non, alterutra parte negante, teſtes non erunt admittendi pater & filius. Farinacius de Teſtib. q. 54. n. 192.* multo minus erunt admittendæ matres, qvæ ſtudent filiabus qvavis arte comparare procum, furesq; exiſtunt, parentibus illicitis modis liberos ſubducendo. vid. Beuſt. *ad l. 31. admonendi n. 627.* arcet etiam parentes, â teſtimonii dictione, amor erga liberos, qvod facile inde metuatur perjurium. Farinac. *d. l. n. 171.* Gometz. *T. 3. Reſol: c. 12. n. 24.* ut prætereamus affectionem ad cauſam; qvid hac de re ſit ſentiendum, tradit Hahn. *ad Weſenb. de Teſtib. n. 3. obſ. 12.* ubi loca juris canonici ante adducta, cum communi DD. Schola intelligenda cenſet, ubi agitur de conſangvinitate vel affinitate matrimoniũ impediente; ubi autem vertitur qvæſtio, an matrimonium cõtractum ſit vel non, alterutra parte negante, â teſtimonio removentur;

ventur; atq; ita ab ampliſſimâ Facultate A. 1642. reſponſum fuiſſe refert. Hujus & ſententiæ conſultiſſimus Brunnem. Anteceſſor Francofurtenſis famigeratiſſimus *in Repet. paratit. Weſenb. q. 13.* Cui genuina qvæ Zœſ. *n. 9. & 10. ff. de Teſtib.* & Struv. *Synt. I. C. Ex. 28. th. 39.* easdem prorſus repellendo â dicendo teſtimonio, propter ſummam conjunctionem. vid. Felinus *ſuper c. ſuper Reo col. pen. in fin. verſ. Sed ubi X. de teſtib.* Alex. *conſ: 153. col. 3. in pr. verſ: tamen illud verũ eſt.* Beſold. *tract: de Nupt. conſ: 3. & conſ: p. 6. conſ. 261. §.* **Wann man.** Nepos de monte Albano *tract: de teſtib: n. 45.* Jacob. Butringer. *de teſtib: n. 22.* Vivianus *Ration. I. C. ad d. c. 3.* Vallenſis, aliiq; Canoniſtæ *ad tit. qvi accuſ: matrim. poſſ.* Accedit, qvod Parentes ejusmodi, ſuo officio rite fungerentur, ſi non connivendo laſcivos iſtiusmodi paterentur congreſſus, loro non reprehenſione dignos, ſacrâ teſte paginâ, ni velint in ſe qvadrare illud vulgare

Non audet Stygius Pluto tentare qvod audet
Effrœnis monachus plenaq; fraudis anus.

Cum hoc ſpectet ad officium proxenetæ cujusdam potius, (**einer Kuplerin**) qvam honeſtæ matris, qvæ qvavis arte, furtivos iſtiusmodi præcavere ſtudet congreſſus, invitis præprimis qvæ fiunt parẽtibus, cum raptui ejusmodi æqviparetur conglutinatio; maximè ſi parentes proci putativi, in loco, ut illorũ facilè conſenſus vel diſſenſo explorari poſſit; ſecus qvi facit, incurrit ex mente Arniſ. *de jur. connub. c. 3. n. 11.* in pœnam *l. unic. C. de rapt. virgin. §. 1. verſ. oportet.*

§. 20. Undè non inmeritò diſqviri poſſet, an rebus ſic ſtantibus, prorſus conſenſus Parentum negligendus veniat? **daß wan gleich** *Parentum diſſenſus* **vorhanden / daß dannoch geſtalten Sachen / und allen dabey vorkommenden Umſtenden nach / ſelbiger keine weitere Hinderniß machen könne** / ita qvidem videri poſſit. *arg. l. capite 19. ff. de rit. Nupt.* Richter. *P. 1. D. 8. n. 50. 51. & 52.* Attamen ſi curatius rem penſitemus, animadvertemus *arg. dict. leg.*

19. nimis esse debile, nec ista explicatio apud Dn. Brunnem. in accuratissima aliàs istius legis explanatione reperitur, cum secundum Logicorum filios, ex diversis, diversa fiat illatio. Richter. *loc. cit.* de casu prorsus diverso loqvitur, nempè cum parentes nullâ dissentiendi justam valeant proferre causam, qvam illam, *nolumus, qvia nolumus*: Reus contra, justo tempore dissensum parentum judicialiter non probavit, qvod tamen ipsi injunctum; in casu proposito, omnia secus se habent, cum parentibus non desint justæ dissentiendi causæ, qvod nimirum in loco præsentium consensus non sit reqvisitus. (2.) Furtum qvasi filij factum: & aliæ fortè nõ minimæ, prægnantissimæ dissentiendi causæ: ut taceamus, ipsum Richter. *in fin. n. 52.* adjcere, in sua terra id locum non habere, qvod antea ex aliorum mente adnotarat; notum præterea, qvid leges & saniores Doctores de ejusmodi conglutinatione sentiant. Dn. Cothmann. *V. 1. Cons. 1. n. 28.* inqvit, *si parentes nolunt consentire & confirmare matrimonium, sine suffragio ipsorum contractum, meritò nullum id erit, etiamsi copula carnàlis interveniat, cum non Deus illos, sed Sathan conjunxit, qvi contra ipsius verbum matrimonnum inierunt.* adde Althus. *J. R. l. 1. c. 38.* Beust. *de matrim. c. 45. seq.* Beza. *de repud. & divort. p. 145.* Oldendorp. *Cl. 4. Act. 26.* Duaren. *tract. solut. matrim. qvemadm. dos pet. c. 2.* Hillig. *D. E. l. 3. c. 20.* Cothman. *dict: loc. n. 205. seqq.* Qvod soleant istiusmodi matrimonia difficilem habere exitum, ut ne qvidem ipsa lex pro iis præsumat. Cothm. *dict. loc n. 780. seqq.* Qvod de omni jure consensus Parentum reqviratur. v. Cothm. *V. 5. Resp. 41.* latè Qvirin. Kubath: *cent. 2. dec. 1. q. 1. seqq.* Möller. *semest: l. 1. c. 47.* Basil. Mörner. *de clandest: conjug. c. 7. seqq.* Dedekenn. *Th. Consil: & Decis: V. 3. l. 2. sect: 4. N. 21.* Si autem in clandestinis sponsalibus copula confirmatis, id obtinere Doctores velint; longè magis id locum habebit, ubi nulla sponsalia ritè probata. Ita Besold. *p. 5. cons: 256.* Sponsalia concubitu firmata, ob parentum dissensum rescindi vult, adq; objectiones prolixè satis respon-

ſpondet, qvæ magnam partem repetita legas *in tractat. de Nupt. conſ. 2. p. m. 24.* Adſtipulatur **Mecklenburg.** *Revidirte* **Kirchenord.** *Tit.* **Kirchen-Gericht.** *Fol. 113.* **So aber Perſohnen in Unzucht gerathen würden/ da das eine Theil dem andern Urſach gegeben/ in Hofnung die Ehe dadurch zuerzwingen/ und doch die Zuſage heimlich iſt/ und nicht kan erwieſen werden/ ſo ſol der Pfarrherr dieſelbigen zur Ehe nicht nötigen/ damit nicht andere mehr ſolche Gelegenheit ſuchē/ und die Unzucht/ und Hurerey hiedurch geſtärcket werde.** Accedit, qvod ipſi canones ejusmodi coactiones prohibeant *c. præterea. 2. X. de ſponſal.* qvodq́; difficilem ſoleant ſortiri exitum. *c. reqviſivit. 17. eod.* ita, ut coactè initum matrimonium, pro nullo canones declarare non dubitent *c. de muliere. 6. c. veniens. 13. in ſumm. de ſponſal.* Vallenſ. *ad tit. de ſponſal. §. 3. n. 2.* qvod Dn. Brunnemanni deciſionem 89. *cent. 5.* concernit, in ea prorſus diverſus reperitur caſus, inibi qvippe ſponſus pœnitentia ſecundæ ſponſæ ductus, repudiatam repetit, fatendo, ſe cum hâc ſponſalia ritè contraxiſſe, teſtes ad modum deſponſatorū vixiſſe unanimiter teſtantur, matres conſenſum ſuum ab utraq́; parte atteſtantur, qvis non hic rectè judicatum fuiſſe duceret; in caſu autem propoſito omnia contra: unica anicula ſummariè deponit, ad modum deſponſatorum ſeſe amplexos fuiſſe, parentes diſſenſum teſtantur, reus ſponſalia negat atq́; adeò dejerat, ut ita â diſparatis malè fieri illationem manifeſtum ſit.

§. 21. Nec eſt, qvod qvis fortè objiciat favorem matrimoniorum, in cujus gratiam ſæpè admittuntur alias denegata, & multa ſpecialia conſtituta leguntur. *c. fin. ibiq; Gloſſ. de condit. appoſit. c. licet ex qvadam. 47. in fin. X. de teſtib. c. videtur. 3. X. qvi matrimon. accuſar. poſſ. c. directæ 39. in fin. X. de appellat. arg. c. adhæc. 1. X. ut lit. non conteſt.* pluraq́; in hunc ſenſum congeſſit Dn. Vultej. *Conſil. Marpurg. V. 1. conſ. 15. n. 118. ſeqq.* Verum enim verò, licet id qvodammodo locum habere poſſit, in matrimonio

contracto, minimè tamen in contrahendo admittendum. Vultej. *dict. loc. n. 334.* Commodè Dn. Mev. *ad J. Lub. l. 1. tit. 4. art. 1. n. 9. seqq. circa sententiam in causis matrimonialibus ab Ictis vulgò hoc usurpatur dicterium, in dubio judicem pro matrimonio potius, quam contra illud pronunciare debere, quod etiam induxit, ut asseretur, communẽ Dd. sententiam, a qua alias in judicando non recedimus, quando matrimonio non adversatur unius Consultoris pro matrimonio respondentis voto postponendum esse,* (adde Vultej. *dict. loc. n. 339.*) *sanum sirectè eo utimur. Cæterum eo nos abuti censendum est, si velimus pro matrimonio pronunciare, ubi de ejus substantialibus perfectè non constat, vel cum urgentiores rationes, & præsumptiones contra conjugium militant, vel ubi in dubio causa accedit cur impediri magis quam promoveri debeat conjunctio, nempe futura scandulosa, infelix, & semper discors. Non minus enim peccatum est, jungere non jungendos, quam separare benè junctos, quocirca ad brocardicum, non tam spectandum est, cum de probando matrimonio agitur, quam cum circa probatum & certum quæstiones exsurgunt.* Ejusdem farinæ, quæ ex Responso Facult. Theolog. & Jurid. Tubing. refert Harprecht. in *Comment. ad Inst. de Nupt ad Rubr. n. 208. seqq. Nec enim,* inquit, *minus peccatum est, jungere non jungendos, quam separare non separandos, nec minor favor est, matrimoniũm vel sponsalia de præsenti non ritè, sed illigitimè contracta dissolvere, quam legitimũ matrimonium consolidare, & pro eo pronunciare. Quin imò si secus fecerimus, & impetu quodam animi, sine ratione pro matrimonio pronunciaverimus, injustitiæ ministri erimus, & alteram partem injuria afficiemus. Non item est pro matrimonio præsumendum aut judicandum, si alteri per pronunciationem fieret injuria. Sanè si rectè rem perpendimus, favor matrimonij non in eo consistit, ut protinus pro matrimonio pronuncietur, & inviti reluctantes & impares sæpè conjungantur, ubi alias legitimus consensus & contractus ipsius matrimonij negatur, vel clarè & sufficienter non probatur, aut causæ adsunt rescindendi, nam ex tali violenta conjunctione, devastatio potiq*

matri-

matrimonij, ut ipsa docet experientia, *qvam conjugalis concordia & dilectio seqvitur.* Ubi singula capita pluribus approbantur. Consentit etiam Berlich: *p. 1. Conclus. 52. n. 17. seqq.* Nec in clandestinis matrimoniis locum reperire præsumptionem illam dictã censet Tabor. *in Barbos: locupl: l. 11. c. 16. ax. 2.* qvod illa omni jure sint odiosa, ut, qvæ contrahantur contra interdicta Ecclesiæ *c. cum inhibitio 3. de Clandest. desponsat.* si enim agitur de matrimonio probando, sive de substantia & veritate matrimonii demonstranda, necessariæ sint probationes luce meridiana clariores. vid. Rubæus *in Cons: matrim. T. 1. cons. 49. n. 1.* existimans, qvod matrimonium, licet sit res favorabilis, diligenter tamen advertendum esse, ne sub hujus favoris prætextu defendatur matrimomonium, & introducatur, ubi non est; Cum perinde sit favorabile, matrimonia de qvibus constat, qvod contracta sint, sed illegitimè, dissolvere, atq; consolidare legitimè contracta, adde Vultej. *Cons: Marp: V. 1. cons: 15. n. 253. seqq. & n. 269.* Qvod etiam ad sponsalia rectè referri latè deducit Tabor. *dict: libr: 11. c. 16. ax. 11.*

§. 22. Qvamvis & subarrhatio, per desponsationis annulũ, sponsalia qvidem non faciat, verè tamẽ contracta probat; *c. tenor. 10. X. de sentent. & re. judic.* qvemadmodum annulus â sacerdote datus facit præsumptionem pro matrimonio. *Gloß. in c. fœminæ 7. ca. 30. qv. 5. verbo annulus.* Beust. *de sponsal. c. 6. p. m. 8.* perq; missionem annuli in digitum mulieris, præsumitur contractum matrimonium *c. nostrates. 3. dict. c. fœminæ. ca. 30. qv. 5.* Matth. Cöler. *p. 2. decis. 30.* Carpzov. *j. F. p. 4. c. 20. D. 8.* Qvod in tantum verum putat Harprecht. *ad rubr. instit. de nupt. n. 18. seq.* ut si juvenis annulum pûellæ tradat, nec verbum de ducendo addat, illaqvæ tacitè accipiat, præsumptio pro tacitis militet sponsalibus; ubi tamen *n. 19.* monet, esse habendam rationem consvetudinis loci, qvod actus dubius & indifferens, indè interpretationem capiat. add. diligentissimè hanc pertractantẽ materiam Menoch. *de præsumpt. l. 3. præsumpt. 2. per tot.* ut indè concludi ad sponsalia posse nullum

omni-

omninò sit dubium; muneris cum datio & missio, præcedente honesti amoris tractatione, desponsationis sit argumentum & indicium, acceptans qvippè signum, & signatum amplecti videtur. Cypræus *de sponsal. c. 14. §. 12.* utut & annulus aliqvando amoris esse aucupium sveverit, prolixius deducente Kirchman. *elegantissimo de annulis tractatu. c. 18. p. m. 198.* add. Hotoman. *de jur. connub. c. 10.* Non minus præsumptio oritur ex gestatione imaginis, sive effigiei ipsius sponsi, id deducente eod. Cypr. *dict. loc. §. 11.* qvæ tamen probatio, nec juris, nec de jure, cum probationem in contrarium admittat, ut innuit sententia Dnn. Jenensium apud Dedekennum *Thes. Cons. & Decis. V. 3. l. 2. sect. 2. n. 16. p. m. 114.* ita ut in clandestinis præprimis sponsalib9, publicis præsertim concurrentibus, nõ attendantur. Carpz. *dict. C. 20. D. 9. n. 2.* Ast ἀντίδωρον, ad donatam fortè crumenam, qvod qvis puellæ fecit, eidem narthecium redonando, huc neutiqvam spectare censendum; inprimis si diversis idfactum temporibus, exq́; alia causa, invitatus liberalitate donantis; qvod donationis vox ut æqvivoca, plerumq́; pro simplici intelligenda, ut vel saniore dictitante ratione, vix pro argumento leviori adduci mereatur, qvod istiusmodi donationes qvibusdam in locis, & freqventiores & familiares magis esse sveverint; De arrhis autem hisce prolixius tractat Beust. *de sponsal. p. 1. c. 6. Facit. & tot. tit. C. de sponsal. & arrh.* ubi Brunnem.

§. 23. Oscula, qvæ non immeritò â Jctis habentur rei Venereæ præparatoria, & arrhæ qvasi, libidinisq́; antecœnia, ut non insulsè promulsis Veneris audiant: qvæ cum honestæ personæ præbeantur, meritò pœna judicis arbitraria puniuntur, ita censentib9 Menochio *A. I. Q. l. 2. c. 287. n. 2. seqq.* Jul. Clar. *sent. l. 5. §. final. qv. 83. n. 6.* adq́: eund. Joh. Bapt. Bajor. *n. 30. seq. p. m. 296.* Althus. *Dicæol. l. 1. c. 124. n. 19. & cap. seq. n. 32.* Ut exin præsumptionem pro matrimonio validissimam eliciendam, non nemini videri posset; at rem pensiculatius consideranti, occurret, oscula

non

non omnia unius esse generis, qvod ex variis provenire causis qveant. Inprimis si animadvertatur, puellas nonnunqvam causam præbere, ad amores juvenes alliciendo, perq; alloqvia & oscula irritando. Farinac. *Pract: Crimin. p. 4. tit. 16. qv. 147. n 54.* Si qvæ ergò tali modo stupro causam dederit, non tenebitur, pluribus id deducente Gerdesio *in different. Jur. Civil. & Lubec.* ubi qvoq; asserit, hoc in Consistoriis hodie maximè observari: Qvod osculum sit signum dilectionis planè æqvivocum, qvod non tantum in sponsalibus, sed & aliis, iisq; diversissimis actibus & negotiis adhiberi svevit, nunc veri, nunc simulati, imò interdum meretricii amoris signum, testatur Besold. *Th. Pract: L. K. n 57.* ibiq; Dieter. Hotom. *de Jur. Connubior. c. 11. n. 9.* Ita ut si qvis ex osculo qvid probare velit, necessum sit probare matrimonii & sponsaliorum causa factum; in ludis autem & symposiis, joco factū præsumitur, testante Cypr. *de sponsal.* certi autem definitiq; juris, ea, qvæ per jocum fiunt, siniſtrè non esse interpretanda. *arg. l 3. §. 2. ff. de Obl. & Act. junct: l. 3. §. 2. ff. de iurej.* Wilhelm. Anton. Freudeb. *de morator. rescript. tit. 4. lit. M. Oscula*, enim, *amplexus, munuscula & id genus alia, si non præcesserint verba, consensum conjugalem verum de præsenti explicantia, magis præcedentia qvædam ad Venerem, adq; coitum illicitum, qvam ad conjugalem affectū sive consensum*, uti testantur Paris *per Gloss.* Barthol. & Angel. qvos citat & seqvitur Mascard. *de probat. V. 2. Concl. 1032. n. 4.*

§. 25. Propriam confessionem omnium esse probatissimam constat, qvæ fit, tum verbis, tum literis; hinc paucis videndum, qvid de litteris sit sentiendum, qvas qvis matrimonii gratia emisit: distingv. inter scripturam, qvæ facit pro scribente, & qvæ contra scribentem; de posteriori aperti juris, firmam eam facere probationem, ob propriam factam confessionem, qvæ ut dictum, omnium habetur probatissima. Tabor. *Thes. loc. com. l. 3. c. 44. ax. 12.* Reyger. *th. Jur. Voc. probatio per confessionem. Qviq;*

d. l. DD. magno recensiti numero; In specie autem de literis, sponsalia depromentibus, agit Cypræus *de sponsal. c. 14. §. 2. n. 2.* ibi: *Scriptura privata non minus efficax ad probanda sponsalia, quid enim, si quis literis suâ manu exaratis alicui matrimonium promittat, certe illæ contra eum qui scripsit, plenissimam fidem faciunt.* vid. eund. *c. 14. §. 10.* Qvamvis autem pro scribente nil operentur, cõtra scribentem tamen plenam facere fidem testantur Berlich. *l. 1. concl. 36. num. 23. seq.* Barbos. *de fid. Inst.* Dn. Ziegler. *ad §. 29.* J. C. *de probat.* ex qvibus palam fit, qvid sentiendum, ubi fœmina per literas uni alterive cognatorum notum fecerit; spem esse, ut Titio jungatur, anne cujusdam habendæ probationis, ut jurijur. suppletorio locus esse possit; Exactius rem pensitans, vix inducetur, ut calculo suo adprobet; qvod scriptura privata, scribenti, nil qvicqvam prodesse, unanimiter DD. mens sit. vid. Menoch. *de* A. J. Q. *L. 2. Cent. 1. cas. 94.* Mynsing. *Respons. 21. n. 26.* Strauch: *dissert. 25. aphor. 22.* Beust. *ad d. l. admonendi. n. 1057.* Ummius *disp. 17. th. 5. n. 24.* Hunnius *Vol. poster. resol. Treutl. disp. 4. th. 2. qv. 11.* Nicol. de Passer. *de Script. priv. l. 4. q. 2. n. 142. & pas-sim;* sanior indidē id dictitat ratio, qvippe si literæ istiusmodi valerent ad probanda sponsalia, qvævis omni tempore tale qvid cognatis per literas denunciare posset; indeq; ad probandum proferre, id qvod foret absurdissimum: multo minus istiusmodi literis fides habenda, qvatenus de futuro loqvantur, cum inter os & offam multa sæpius cadant, tantum ut absit, qvo fidem mereantur, ut vix suspicioni locus.

§. 26. Utut solus cum sola non præsumatur orare pater noster, suspicio tamē non levis ex familiariori conversatione posse sumi videtur; ast consideranti vocem familiaritatis maximè esse æqvivocam, qvod ea ex variis possit proficisci capitibus, non facile inde promendum arg. censeremus; imprimis istiusmodi si fuerit persona, qvæ familiarius aliqvem alloqvi in deliciis habuerit; cum ergo superius demonstratum, ne qvidem desponsatio-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741609835/phys_0040
DFG

tionem arguere, si qvis ad modum sponsi sese gerat: in probando enim matrimonio, non respicitur familiaritas, sed promissio, qvæ tam levi suspicione non probatur. Qvod tanto magis obtineat necessum, si qvædam opinio inde hausta, cum hic non sufficiat putare, sed scire, familiaritatem ex tali promissione originē trahere: cum dicto testantis de credulitate neutiqvam standum Barthol. de Sax. Ferrat. *tr. de testib. n. 12. cum allegat. in addit.* cum depositio nulla, qvando testes affirmant, se tantum auribus, non etiam oculis qvid hausisse. Cypræ. *de sponsi: c. 11. §. 21. n. 5.* exq; illo Carpz. *l. 2. Jurisprud. Consist: D. 51.* De cohabitatione diuturna, & qvatenus matrimonium probet, consulendus id. Cypr. *c. 14. §. 13.* ex sola autem familiari conversatione deductum argumentum, nullius momenti, cum fortiores præsumptiones in contrarium militent.

§. 27. Qvid si Titia dixerit, se inprægnatam â Mævio, promissumq; matrimonium: isq; prius sit confessus, posterius autem constantissime negarit? anne Titiæ assertio, tantam inducat probationem, ut inde ad juramentum suppletorium admittenda? non levis disceptatio. Confessionem stupri non temnendū præbere argumentum, stupratorem esse patrem prolis procreatæ late deducit Dn. Carpz. *Jurispr. Consist: l. 2. D. 232.* ubi prolixius tractat, stuprum confessum, pro patre infantis â stupratâ procreati habendum, donec aliud probetur; ubi plures in hanc rem adducit & rationes & Dd. Qvamvis & ipse inibi reqvirat, ut inprægnata sit vitæ integræ scelerisq; pura: ubi ergo aliqvis ad oscula & lasciviorē amplexum invitatus fuerit, qvod tale facinus remotis fieri sveverit arbitris, præsumptio contra admittentem non minus militare videtur; qvod qvæ copiam alicui corporis fecerit, aliis qvoq; haud denegare soleat; qvotidiana id testante experientiâ: Regulariter mulieri id alias asserenti fides negatur; *mulieri* sunt verba Dn. Mevii *ad Jus Lub. l. 4. tit. 5. art. 1. n. 16. alleganti se ex aliqvo esse gravidam, non creditur, nisi evidenter probet, nec asser-*

tioni ejus jurata fides habetur. cujus & sententiæ Alexand. *Consil.* 147. Boërius *decis: 299. n. 1. seq.* qvod neqvidem assertio puerperæ, facta tempore, qvo partus difficultate laboret, attendenda veniat, teste eod. Mevio. *d. l. n. 17.* Confessio autem stupratoris, qvamvis ad agnitionem partus proficere possit, male tamen inde ad promissionem matrimonii fit illatio, cum potius ad alimentationem præstandam partui, non leve argumentum præbeat; utut talis confessio, se patrem non esse, licet rem cum ea habuerit, qvandoq; in tantum proficiat, ut si mortuus partus, sepulturæ sumptus, ante finitam litem non sustineat; ut judicatum aliqvando memini.

§. 28. An autem in casu, ubi Reus concubitū fatetur, promissionē fortioribus argumentis non probante actrice, absolvendo? an jurejurando præstito, se purgare teneatur? non satis inter Dd. convenit. Priori sententiæ calculum adjiciunt. Carpz. *J. Consist: l. 3. tit, 4. D. 47.* & ante eum â Berlich: *p. ult. concl: 38. n. 85.* adducti; cum qvo consentit Consist. Lipsiense. *in Consult. Consist: Saxon. T. 1. p. 1. tit. de caus: matrimon. q. 6. n. 3.* Wedderk. *disp: 1. de qvæst: Imp. dec. dig. q. 4.* Beust: *de spons: c. 47.* ubi seqventi capite, formulam qvandam ejusmodi jurisjurandi præscribit; coitus enim ut actus æqvivocus, indicium contracti matrimonii, â qvibusdam qvidem habetur, ita tamen, si spes qvædam matrimonii facta fuerit. Mascard. *de probat. V. 2. Concl. 1032.* Menoch: *præsumpt. l. 3. præsumpt. 1. n. 42. seq.* Kubach. *Q. Ill. Cent. 2. dec. 6. q. 2.* ubi seqventia: *& sane non adducitur textus, qvi probet copulam esse sufficientem præsumptionem, ob qvam Reo sit imponendum juramentum purgationis, & certe si præter copulam nullum aliud est indicium, sola copula non est efficax conjectura, qvod sub fide data de matrimonio qvis sit fornicatus; sæpius enim utraq; pars, ut libidinem tantum expleat suam, coit, nullâ habitâ spe matrimonij; imo ex illo ipso qvod sui copiam facit, præsumitur parum casta, & ideo illi spes de matrimonio fieri non solet; qvomodo enim cum hoc libidinose vivit, sic etiam cum*

aliis

aliis consveviſſe præſumitur, qvin circumſpectæ puellulæ, nunqvã ſolent illis, cum qvibus matrimonium ſperant, re adhuc incerta, actus conjugales primos (intelligo oſcula & amplexus) præbere, ne ſiniſtra de eorum pudore fiat præſumptio. Cum qvo convenit Jus Lub. qvo de ita Dn. Joh. Sibrand. Cod. qvondam Profeſſor *differ. Jur. Civ. & Lub. antitheſ. 90. Non ſola corporum commixtio matrimonij ſponſionem probat, ſed reqviritur, ut conſenſus præcedat vel ſeqvatur copulã carnalem,* daß die Ehe verſprochen und ſie drauf erkand ſey; *animorũ enim, non corporum conglutinatio nuptias facit. l. 30. ff. de R. J.* A qva tamen non pauci ſententia divortium faciunt, dum volunt, Reo injungendum jusjurandum purgatorium, qvod præſumtio pro matrimonio ex confeſſione illa copulæ oriatur: *arg. c. Tuanos 26. X. de ſponſ: c. veniens. 15. eod. c. 15. qvi fidem. 30. ibid.* cui ſententiæ & olim ſubſcripſit Dn. Carpz. *prax. crim. p. 2. q. 68. n. 96.* & J. F. *p. 1. Conſt. 22. D. 4.* Berlich. *p. 5. concl. 38. n. 86.* Wittebergenſes item & Protoſynedrium Dresdenſe *teſte eod.* Qvod concernit allegatos canones: Reſp. illos loqvi de caſu, qvando ſponſalia ſubſecuta copulã illam carnalem. Menoch. *de præſumpt. d. l.* ſi enim coitus ſponſalia anteceſſerit, ex eo non præſumitur matrimoniũ. *In dict. c. 26.* conſtat de promiſſione ſtupratoris, copulam præcedente, decipiendi qvamvis animo factâ, impoſito alieno nomine vid. Vivian. *ration. ad d. c.* in tanto Dd. diſſenſu non pauci reperiuntur, qvibus ex veterum formula, *non liqvet*, qviq; Imperatoriâ deciſione, hunc caſum dignum arbitrantur. vid. Beuſt. *de ſponſ. c. 47.* M. Wedderk. *ſupra d. l.*

§. 29. Majoris forte momenti excutere, numne actrici jusjurandum ſuppletorium injungendum, ubi actrix promiſſum matrimonium, ex ipſo concubitu probare conatur, ex levioribus qvibusdam concomitantibus præſumtionibus & indiciis: cõtraria tamen ſententia verior, tum qvod probatorum DD. calculo comprobata, tum qvod in *Theſi ſuperiori* adducta contrarium

demonstrent, ut taceamus, qvod mulier, i. e. instabilis, tum qvod meretrix, de qvibus Comicus, *Neq; pol istæ Deos metuunt neq; has Deum multum curare arbitror*; tum qvod actore non probante Reus sit absolvendus, uti præjudicio hoc corroborat Cypræus de sponsal. *c. 14. §. 21. n. 2.* licet enim vel maxime præsumptionibus aut conjecturis gravetur Reus, ita ut judici sufficientes ad Jurisjurandi impositionē videri possint, *neutiqvam tamen mulieri vitiatæ juramentum deferendum*, utor d. Cypræi uerbis *d. l. §. 19. qvæ dicit sibi promissum matrimonium esse, ab eo qvi illam vitiavit & jurare parata est, juramentum deferendum non est, etiamsi per unum testem probet, sibi matrimonium promissum esse, idq; qvod illa pudicitiæ jacturam fecerit & infamis sit, & susq; deq; habeat, qvid jurata dicat vel affirmet, deinde vitiata hoc unum studet, ut infamiam abolere & maculam eluere, & eum, qvi illi vitium intulit, maritum nancisci possit, & juramentum ei, de cujus honore & fama agitur, deferendum non esse, tradunt D D. qvod verisimile sit, eam facile pejeraturam propter honorem.* Reo ea propter potius injungendum juramentum purgationis; qvam sententiam pluribus egregie defendit d. Cypræus *c. 13. §. 53.* & *c. 14. §. 19.* ut proin graviter peccatum sit ab Episcopis Arrianis, in causa Eustathii Episcopi Antiocheni, recensente laud. Cyp. *d. §. 53.* qvæ res ita se habet. *Arriani Episcopi, qvo ab episcopali dignitate & loco pellerent Eustathium, meretriculam qvandam venustam conduxerunt, ut linguam illis daret, & Eustathium stupri commissi postularet, conventu habito, in qvo ducenti qvinqvaginta Episcopi alios omnes exire, mulierem autem illam impudentem ingredi jusserunt. Illa ingressa infantem lactantem in ulnis gerens impudenter clamat, se eum ex Eustathio concepisse & peperisse. Eustathius id constanter negare & percontari, si qvem testem criminis ejus conscium haberet. Qvæ cum neminem se habere diceret, jusjurandum illi judices iniqvi deferunt, contra legis præscriptum, qvæ disertis verbis jubet, crimina duobus aut tribus testibus probanda esse, at illi nulla legis ratione habita, & nullis testibus adversus tantum virum judicium constitu-*

ſtituere, poſtqvam enim mulier illa, verba ſuo juramento confirmaſſet, Infantem Euſtathij improbæ libidinis opus eſſe, illi velut contra mœchum calculos tulerunt. Unde ſatis aperte conſtat, qvam periculoſum, religioni iſtiusmodi vitiatæ, fidem habere; qvod in tantum verum, ut â delatione iſtius juramènti neceſſarii ad ſupplementum, actrici impoſiti, ob nullitatem in ſententia priori commiſſam, juſte appellari poſſit, cenſente Cypræo *de ſponſ. c. 14. §. 19. n. 2.* Imo licitam eſſe appellationem, Reoq; deferendam, non ſolum ſi appelletur â delatione juramenti, ſed â juramento etiam præſtito, in Cam. Imp. receptum, docet ex Mynſing. *Cent. 1. obſ. 39.* Vultejus. *Conſ. Marpug. V. 1. Conſ. 15. n. 361. & n. ſeq. 362.* ſententiam in cauſâ matrimoniali latam, ne qvidem tranſire in rem judicatam, qvin retractari poſſit, putat; Nec nodum hunc Gordium ſolvit locus *Matthæi 19. v. 6. & l. 22. ff. mandat.* ut inſpicienti pateſcet.

§. 30. Cum qvandoq; qvis amoris œſtro flagrans erga virginem, ad qvam illi nullus, niſi per ipſius contumeliam, aditus patet, fingit ſibi cum ea rem fuiſſe; qvo aliis nauſeam moveat, ut ipſe deinde illa tanqvã faſtiditâ potiatur, qværi poſſit; ſitne fides adhibenda aſſerenti, ſe rem cum qvadam habuiſſe, qvæ tamen factum negat conſtantiſſimè, ut exinde purgatorio vel ſuppletorio locus ſit jurijurando? Nos evictum dabimus, neutrum rite invenire locum poſſe. Nefandum enim id genus hominum ſi ſecum perpenderet triſtiſſimum illud; *Calumniari cave, namq; probare grave,* nec potius pro Symbolo haberet, *calumniare audacter, ſemper aliqvid hæret*; nunqvam ad tam inſolentem injuriam prolaberetur. Tantum ergo abeſt, ut fides ipſi ſit adhibenda, ut gravi-ori potius pœna afficiendus ſit, qvin enim leviſſimi homines, honeſtas fœminas de ſtupro diffamantes, *ex l. diffamari* conveniri poſſint, nullum dubium: licet enim illius glorioſi militis jactantia nihil honori & exiſtimationi honeſtæ virginis detrahat. *l. 12. C. ad l. Jul. de adulter. c. ſignificaſti. 5. X. eod.* Cum tamẽ graviſſima ſit injuria, majori qvoq; pœna coercenda eſt. *tot. tit. de injur.*

Hyp-

Hyppolitus de Marsil. *in l.10. ff. de qvæstionib.* & in *prax. crim. §. diligenter. n.78. c. qvam sit grave. 9. X. de exceß. prælat.* Paris de Puteo *in tract. de Syndicat. Verb. confessi. De jure civili* (apponimus verba Dn. Sibrandi. *differ. jur. civil. & Lubec. th. 89.*) *procus falso proferens seu fingens, se qvandam in matrimonium petitam defloraße, arbitrariè injuriarum, civiliter vel criminaliter, condemnari debet, ut vel ejusmodi glorioßus miles, cui nec jußculi ßorbitio, minus carnis fruitio largita, publica recantatione:* durch einen öffentlichen Wiederruf; *multæ ßolutione, aut etiam graviori animadverßione puniatur.* De jure Saxon. non saltem in persona proci, sed cujuslibet alterius, famam honestæ fœminæ arrodentis, arbitrarie animadvertitur, condemnando talem; vel ad publicam recantationem, pro modo delicti, vel carcere, vel relegatione ad tempus, sive etiam in perpetuum cum fustigatione *vid. Const. Elect. p. 4. Const. 44.* Beust. de spons. *p. 1. c. 17.* De pœna falso asserentis se aliquam agnovisse, tractavit & Carpz. Jur. Consist. *l. 2. tit. 14. D. 243.* Jure Lubec. honestam personam diffamans, nec prætensam corporis commixtionem probans, pœna 80 Marcarum Lubecensium punitur, cujus duo qvadrantes personæ diffamatæ, tertius Magistratui cedit; tantum ut absit ut diffamator ejusmodi ad juramentum admittendus suppletorium, ut ne qvidem personæ diffamatæ juramentum purgationis deferri possit; (si autē inculpatio non plene qvidem, per indicia & conjecturas tamen, ad purgationis juramentum sufficienter plus qvam semiplene probatū sit, ut â diffamatore aliqva ex parte fides sit facta, is â præstatione palinodiæ immunis, ita censente Carpz. J. F. *p. 4. Const. 45. D. 6.*) (1) qvod nemini propriam alleganti turpitudinem credendum. *l. 4. de revocand. donat. ubi Brunnem.* (2) Sola jactantia non possit fidem proferenti conciliare. (3) Qvælibet bona præsumatur, donec contrarium probetur (4) Virgines ac mulieres honestæ præsumantur. Menoch. *l. 6. præsumt. 89.* Ful. Pacianus *de probat. v. 3. Concl. 1410.* J. Clarus *l. 5. sentent. §. stuprum n. 4.* Schneidvv. *§. in*

duplum

duplum. n. 14. J. de action. (5) Virginitas naturalis sit qvalitas, hominem qvæ seqvitur Menoch. *de præsumpt. 89. n. 2.* Gilhausen. *Arb. judic. p. 7. c. 6. §. 183. p. 568.* in tantum qvidem, ut hoc durante processu, mulieri nil incommodi afferat, nec sponsus ea propter nuptias morari possit; docente Carpz. *d. l. n. 7.* idq; præjudicio qvodam confirmante. *n. 20.* Dedekind. *Conf. & decis. V. 3. Sect. 9. n. 8.*

§. 31. Qvidam Dd. hanc fovent opinionem, qvod cognoscens aliqvam, eam ut futuram conjugem cognovisse videatur, non causa libidinis; ad tollendam fornicationis pœnam. *arg. c. 3. X. de sponsal. junct. l. 51. princ. ff. pro Soc.* Ast hæc ipsa præsumptio, cum sit ex incerto, remoto, & verisimili tantum indicio orta; purgationis juramentum propterea qvis subire non cogendus, cum per contrariam & fortiorem præsumptionem, facile elidatur, vel inde, qvod stuprum vero & legitimo matrimonio non parum adversetur, ut late deducit Harprecht. *ad Inst. de Nupt. rubr. n. 44. seq.* Beust. *de sponsal. c. 47. p. 68.* Qvod magis locum obtinebit, si qvæ seqvioris famæ, qvæ cum Petronio Junonem sibi iratam cupere posset, si unqvam se meminisset virginem, hoc siqvidem salvo argumento, vix parens ingenue educatos liberos ab istiusmodi scortis sartos tectos reservabit. *Dict. c. 3.* qvod attinet, nil tale inibi erit reperire, sed agitur de casu, ubi qvis fidē mulieri dedit, de matrimonio contrahendo, subsecutâ postea carnali copula. Ex *d. l. 51.* vix tale qvid vel oculatissimus eruet.

§. 32. Periculosum inprimis principium, qvod ex Beust. *de sponsal. p. 1. c. 47.* depromptum, puellam virginitatis suæ florem, nulli decerpendum præbere, nisi qvi fidem futuri interposuerit matrimonii: hoc siqvidem posito, puella petulans nunqvam nō est inventura procum; verum cum vel ipso fatente Beustio, levē saltem id præbeat præsumptionem, ita ut singulari hic opus circumspecti Judicis industriâ, ut cognoscat & exploret, utrum persona sit proterva, levis, vel temeraria, priusqvam purgationis

Reo injungat ſacramentū; præſertim prius id locū habebit, ſi virgo ſevere educata, honeſtis parentibus orta, qvæq; qvantum in ſe præcavere ſtudet, ne tale qvid accidat, & vel ſic illuſa â levi qvodā fraudum machinatore fides ei habeatur; contra ſi ex genere deſinentium in X, ad qvam jam unus alterve accedit amator, matre connivente, vix vel leviori præſumptioni aſſertio ejusmodi locū præbebit; Cum ea præſumptio, proveniat ex incerto, remoto, ac vix veriſimili indicio; ita ſentiente M. Wedderkop. *in diſp. 1. qv. Imp. dec. dig. q. ult.* Qvid enim prohibet, qvo minus donis corrupta, vel nimio amore correpta, corporis ſui copiam feciſſe dicatur: vel etiam, ut partui aliunde parto, hac ratione patrē ſubornet; *nec inde* (ſunt verba Qvir. Cubach. *qvæſt. Illuſt. cent. 2. decur. 6. q. 2. ſub fin.*) *conjectura ex copulæ confeſſione fit efficacior, qvaſi virgo non aliter præſumatur, virginitatis florem decerpi concedere, niſi ſit ſpe matrimonij futuri decepta. arg. eorum qvæ habet Trentacinq. l. 3. reſol. de matrimon. n. 1. Nam patet circumſpectas puellas nihil minus facere, ubi ſperant nuptias, & certe neuter ſexus ſæpe abhorret â libidine, ſed ad eam juſto magis proclivis eſt, ut ſic præſumptio illa inverti poſſit.*

§. 33. Cum variæ hactenus in medium prolatæ præſumptionum ſpecies, qvæ ſingulæ conſideratæ, probationem ſemiplenam haud efficere valeant; poſſet non ſine ratione dubitari, numne plures hæ junctim ſumtæ, vel aliis (fama puta, laudibus vituperiisq;, tum ex vicinio tum ex longinqvo ab amicis pariter inimicisq;) ejusdem farinæ præſumtionibus comitatæ, talem valeant efficere probationem, qvæ ſufficiens eſſe poſſit, ut moveat Judicem ad imponendum parti actrici jusjurandum ſuppletorium. Id qvidem videtur aſſerere Gail. 2. *Obſ. 95. n. 12. in fin.* ibi: *qvibus omnibus & ſingulis in ſummam revocatis: qvid vetat, qvo minus juramentum ſuppletorium dicto modo deferatur.* Mev. *p. 5. dec. 173. & p. 7 deciſ. 375.* add. qvod qvando diverſæ ſunt ſpecies probationum, ad eundem finem tendentium, ſi ſingulæ ſufficienter

non

non probent, simul jungi possint, ut faciant probationem sufficientem & perfectam. *c. cum causam. 13. X. de probat.* cum, qvæ nō prosunt singula, juncta juvent. Brunnem. *in repet. paratit. Wesenb. de probat. q. 5.* Eandem in sententiam in causâ matrimoniali plura congessit Vultej. *Consil. Marpurg. V. 1. cons. 15. n. 123.* Qvamvis autem facile concesserimus, locum his dari in causis leviorib⁹ & minoris momenti; de arduis tamen & matrimonialibus negat communis Dd. Schola: vid. Magn. Dn. Struv. *Synt. J. C. Ex. 17. §. 46. ibiq; citat.* ratio hæc videtur, qvod præsumptio non sit species probationis, Strauch. *Exer. Iustin. 25. §. 37.* qvi perperā hoc â qvibusdam statui putat, & late istam propugnat sententiam Hunn. *ad Treutler. V. poster. de probat. & præsumpt. D. 2. th. 1. L. A. q. 1.* Qvod inprimis locum habet, cum sint præsumptiones hominis, qvales in medium hactenus prolatæ, qvas *leves & modicas* inde vocat Strauch. *d. l. §. 34.* Nec qvicqvam ad deferendū juramentum suppletorium proficere, censet Reiger. *th. Jur. Voc. juramentum. §. 151. & 155.* qvi inibi refert, præsumptiones & conjecturæ, qvando contra aliqvem militent, recurri ad juramentum purgationis deberi; inde ex præsumptionib⁹ neminē facile damnari vult Zœs. *de probat. n. 20.* & Farinac. *q. 86. n. 78.* ne qvidem ex mille indiciis aliqvem corporaliter, qvod etiam Wesenbecium passim inculcare monet Brunnem. *ad l. ult. C. de probat.* adde Dn. Ziegler. *ad J. J. C. de probat. §. 41.* Unde ex dictis constat, jurijurando suppletorio locum non dari ex præsumtionibus, & variis indiciis, hinc inde collectis. Qvod concernit loca in speciem sibi obstantia: Resp. Ex Gail. *d. obs. 95.* non esse plenariam partium enumerationem factam, qvi sic *d. l. §. 12.* incipit. *Sed qvid si qvis semiplene probasset matrimonium, & pro eo in supplementum probationis jurare paratus sit, an judex juramentum necessarium pacti petenti deferret? certe hoc arbitrio judicis relinqvendum est, consideratis qvalitatib⁹ & circumstantiis personarum: Nam si is, qvi semiplene probavit, probitatis opinionem apud omnes habet, sitq;*

vita

vitæ integritate conſpicuus & inferiorem ſuæ dignitati & conditioni vel ſaltē æqualē in matrimonium petat. Poſtea, *in princ. ſupr.* §. adducta ſubjicit verba. Ubi præſupponit A. præcedentē ſemiplenā probationem; probitatis opinionem apud omnes, vitæ integritatem, qvæ ſi comitata aliis nō ſpernendis præſumtionibus fuerint, qvin maximum ſint repertura applauſum, nemo dubitat, alias ſibi ipſi foret contrarius Gail. tum *1. Obſ. 108. n. 13.* expreſſe negat imperfectas probationes ſimul junctas, in criminalibus perfectam efficere probationem; idq; multis Dd. authoritatibꝰ corroborat. Dn. Mev. *allegat. deciſ. 173.* ſermo eſt de cauſa leviori, non autem matrimoniali, de qva hic agitur, & patet *ex add. ad n. 3.* in ijs qvoq; ſemiplenam reqviri probationem. Idem reſpond. *ad deciſ. allegat. 375.* ubi ſermo de vendita domo, an & qvando ſimul adjacens domuncula ſub venditione comprehendatur, qvēadmodū antecedens *deciſ. 373.* teſtatur. *Dictū c. 13.* tractat de cauſa leviori finiū ſcilicet regundorū. Dn. Brunnem. *cit. loc.* ſemet ipsū explicat, eſſe intelligendū hoc de cauſis non arduis. Vultej. cū *ſuperius recenſita* tanqvā rationē dubitandi adduxiſſet, prolixè ſatis reſpōdet. *d. conſ. 15. n. 340. ſeq.* qvo brevitatis ſtudio nos remittimꝰ.

§. 34. Perluſtratâ prolixius *materia ſub-* & *objectiva* properandū ad *Formam*; qvæ cōſideratur, vel reſpectu *Judicis*, ubi reqviruntur I. Sufficientes præter ſemiplene factam probationem conjecturæ & ſuſpiciones, ut ſuperius innuimus, qvæ judicem inducere poſſint ad hujus jurisjurandi delationem, cum circumſpecti ſit judicis, probè ponderare ſingula probationum momenta, eaq; ad lancem defecati judicii appendere, & qvantum iis adhibendum fidei arbitrari. *arg. l. 3. princ. & §. 2. ff. de Teſtib.* ejus cum ſit cuncta rimari, & pro habendâ veritate omnibus modis laborare, ſi qvæ tanti viſa fuerint momenti, ut ad purgationem injungendā ſufficere poſſint. *Reus* II. *citandus*, qvo intra terminum ſe ſiſtere, ſeq; ab intentatis ſponſalibus vel matrimonio purgare poſſit. *c. accepimus. final. X. de purgat. can.* cum qvo conſentit *O. C. p. 2. tit. 10.* §.

Und

Und ob. *verſ. 7.* und ſo der Richter. *it. §.* Es ſollen und mögen. *I.* An autem articuli præſumptionũ & ſuſpicionum citationi inſerendi, conſulendus Gail. *l. 1. obſ. 51. n. 5.* Novo autem proceſſu haud opus, cum ex ſingulari ratione, id in dubium in cauſa fractæ pacis tantummodo vocatum. Mynſing. *2. obſ. 87.* Setſer. *de juram. l. 3. c. 11. n. 12.* III. Ex parte judicis reqviritur *impoſitio ex officio*, qvando enim ſufficientia indicia judici viſa, ex officio imponit. uti *ſuperius §. 7.* deductum. vid. Berlich. *p. 1. concl. 52. n. 7.* Beuſt. *ad Rub. de jurej. n. 201. p. 60.* Frantzk. *ad ff. de jurej. n. 69.* Heig. *p. 1. q. 40. n. 42. & Dd. communiter.*

§. 35. Vel ex parte *Rei conventi*: ubi reqviritur itidem I. ut ad *terminum præfixum* compareat, jusjurandũ hoc purgatorium præſtituturus, qvẽ ſi contumaciter absq; legali cauſa præterlabi paſſus fuerit, pro convicto habetur arg. *O. C p. 2. art. 10. §.* würde ſich aber 2. ut ſuperius demonſtratum. II. præſtabit id *ſine ſpeciali calumniæ delatione*, qvod à judice impoſitum, qvo caſu huic jurijurando non locus, paſſim id teſtantibus Dd. vid. Rauchbar. *p. 1. q. 11. n. 36.* Borchold. *de jurej. c. 7. n. 10.* Weſenb. *conſ. 3. n. 50.* III. Sine injuncti *relatione*; tum, qvod propriam Rei tangat conſcientiam. *l. 6. §. 4. C. de his qvi ad Eccleſ. confug.* tum, qvod relationi non locus, ubi â judice injungitur cuipiam ſacramenti religio. *arg. c. juramentum. fin. X. de jurej.* Setſer. *de juram. l. 3. c. 11. n. 8.*

§. 36. Conſideratur porro *Forma ratione ipſius jurisjurandi*, qvã ipſa præbet. I. *Obteſtatio divina*, uti paſſim videre eſt apud Authores materiã jurisjurandi explanantes. Olim variè juratum; ut per venerationem Principis. *l. 2. C. de R. C.* Per ſalutem Principis. *l. 41. C. de Transact.* Per Genium. *l. 13. §. ult. de jurej.* Per glorioſam & ſanctam Dei genetricẽ & qvatuor Evangelia. *Novel. 8. in append.* qvod qvidem Pontificii valde probant, alii verò improbant: Rittershuſ. *ad Novel. p. 9. c. 20. n. 2.* vid. Tabor. *paratit. element. concl. p. 277.* Per reliqvias item Sanctorum, perq; crucem Domini. *c. Tibi domino. 33. Diſtinct. 63.* Per caput filiorum. *l. 4. ff. de jurej.* nec non per ſalu-

tem. *l.5.ff. eod.* vid. late id deducens Bicc. *Rer. quot. S.5.th.131.* Hilliger. *D.E.l.24.c.13.* Peretz. *de R.C.n.3.* Setser. *de juram.l.1.c.15.* Borchold. *de jurejur. c.1.n.25.seq.* Wesenb. *de jurej.n.16.* ubi in editione Colonienſi qvædam, qvæ ad palatum Catholicorum non erant, omiſſa, conferenti pateſcet. II. Conteſtatio innocentiæ, perq; eam objectorum ſponſaliorũ & matrimonii remotio. *arg. c.auditum.18.ca.2.q.4.c. Presbyter.13.d.q.* III. Officium partis, qvod in eo maxime conſiſtit, ut juxta præſcriptam formulam, & verba, qvibus juraturo præitur, ex præſcripto judicis præſtet juramentum. *l.3.§.final. l.4.l 5.l.33.ff. de jurej.c.accepimus.ult.X.de purgat. can.* latè Carpz. *Reſponſ. l.3.tit.5. reſp.49.* ubi *n.8.ſeq.* monet qvod ſi non exacte ad formulam reſponderit jurans, denuo jurare teneatur.

§. 37. Ad *Formam externam* refertur. I. *Locus*, qvi eſt in judicio, coram ipſo judice. *l.12.in fin.princ.§.4.C. de R.C.Novel.124. c.1.c.omnib9.19.in fin.ca.2.q.4.* Carpz. J. F. *p.1. Conſt.22. D.19.* C.A. *de jurejur. th.14.n.13.* Faber. *C.l.4.tit.1. def.31.n.3.* Donel. *l.24.c.22.* Ratio in *c. Ego Berengarius.42.in fin. de conſecrat. diſtinct.2.* qvæ tamen neceſſitas qvandoq; remittitur, conſenſu inprimis partis; (1) Ob perſonæ dignitatem; honorabilibus & egregiis. Hillig. *D.E. l.24.c.23.lit.K,L.* (2) Infirmis & debilibus. *l.15. de jurej.* (3) Nimis diſtantibus. *arg. l.3.§.ult.ff. de Teſtib.* (4) ob impedimentũ juſtum & legitimum. *l.12.§.4.C. de R.C.* Qvamvis non facile cuiqvam gratia hujus jurisjurandi fieri debeat, ob rationes ſuperius adductas. II. *Tempus*, idq; tum ratione initii, tum finis. Initium capit poſtqvam â Judice delatum eſt, qva de re conſulendi ſcriptores proceſſus juris. Finem conſtituit tantum temporis ſpatium, qvantũ vel â Judice vel lege præfixum; jure Codicis nullus certus terminus præſcriptus reperitur Rauchbar. *p.1. q.10. n.32.* Berlich. *p.1. concl.30.n.2.ſeq.* Carpz. *p.1. Conſtit.12. Def.5.princ.* Jus Saxonicum duo regulariter præfinit tempora. (1) Oblationis, qvod 8. dies cõtinet, *Conſt. Elect. p.1. Conſt.12.princ. ibiq; Carpz.* Jure Lubec. *l.5. tit.8.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741609835/phys_0052
DFG

tit.8.art.ult. proxima juridica. Idem ex ſtatuto Hamburgenſi *p. 1. tit.34.art.1.* obtinet. (2) Probationis, intra qvod præſtandũ, qvod communiter 6. ſeptimanarum & trium dierum, â tempore rei judicatæ, *dict. conſt.* Carpz. *Reſp.l.3.tit.5. Reſp.46.n.3. & 19. ſeq.* Ad qvem tamẽ terminum cauſæ matrimoniales non præciſe adſtrictæ, cum jurare paratus, illo qvoq; præfinito termino elapſo, admittendus ſit; nec iſte pro deſerto haberi poterit. Rauchbar. *p. 1. q.10.n.32.* Berlich. *p.1.concl.30.n.46.* Carpz. *ad dict. C. 12. D.15. ſeq. ibiq; allegati.*

§. 38. III. Qvod jurare teneatur ipſe Reus judice & parte adversâ præſentibus. *l.12. princ. C.de R.C.* Ex vultu enim, aſpectu, cõſtantiâ, trepidatione, ex oculorum item ſermonisq; indicio de-kinqventis conſcientia obſervari poteſt. Hermann. Vultej. *Conſ. Marp. conſ.15. n.90.* prævia diligentiſſimâ admonitione, qvod vocatur. **Ein gelehrter Eyd.** Beſold. *th. pract. h. voc. n. 29.* & de *jurej. th.9. in fin.* C.C.C. *art. 107. in Rubr. & princ.* Partem qvoq; adverſam citandam eſſe probat. *d.l.12.§.4. l. 2.C. de jurej. propt. calumn.* Beuſt. *ad l. ad perſonas egregias.15. de jurej. n.40. ſeq. p.324.* ne parte non citatâ qvicqvam agatur in ejus præjudicium; perinde autem eſt, an pars adverſa ipſa, an per procuratorem ſe ſiſtat: ſin autem non compareat, nihilominus jusjurandum præſtandum. *d. §.4. Authent. ſed & ſi qvis. C. de Teſtib.*

§. 39. IV. Veniunt *ceremoniæ* in juramentis, qvæ adhiberi ſvevere, ut cum in qvibusdam locis (1) accenduntur faces ad majorem inijciendum terrorem. Beſold. *d.l.* qvandoq; altari vel reliqviis ſanctorum manus imponuntur. Carpz. *Reſp.l.3.tit.5. Reſp. 49.n.2.* de lapide prehẽſo apud Romanos. Liv. *l.1.* & ex eo Weſenb. *de jurej. in princ.* Alia exhibetur ceremonia. *Geneſ.24.v.3. & 9.c.47. v.29.31.* vid. Carpz. *d.l. n.1.* Hodie ſublatis digitis jurari notum; fœminæ appoſitâ dextrâ pectori. Carpz. *d. l. n.4.* Weſenb. *d. n.6.* & in *C. n.8.* Setſer. *de juram. l.1. c.15. n.13.* in rationes, qvod in Conſiſtoriis Eccleſiaſticis, Saxonic. inprimis, jurantes Biblia tangant, inqvirunt. Rauchbar. *p. 2. q.2. n.89.* Carpz. *d. l.* §.40.

§. 40. Ad Formam ſpecialem qvoq; referendum, qvod olim adhibiti fuerint compurgatores, de qvibus prolixius Hotoman. *in Comment. de verb. feudal. voc. Sacramentales.* & Rudinger. *in Lexic. feud. ead. voc.* Setſer. *de juram. l. 3. c. 11. n. 30.* qvos qvidem ignorat jus civile. Weſenb. *Conſ. 98. in fin.* Qvi modus jure can. ſingulariter receptus & approbatus. *tot. tit. X. de purgat. Can. c. 2. q. 4. per tot.* Heigius *p. 1. q. 40. n. 52.* illius originem deducit ab antiqviſſimis temporibus, in partes vocans Ariſtotel. *l. 2. Polit. c. 6.* âgentibus inde ſeptentrionalibus in Italiam traductum vult, & ita in jus canon. translatum. De jure Saxon. olim approbatum cenſet Weſenb. *d. l.* Conſentit Käyſerlicher Landfried zu Augſpurg *de A. 1548. tit. 14. §. 1. circa fin.* ubi pro Nicht eſſe legendum Mit ipſe docet textus. vid. O. C. *p. 2. tit. 20. §. 1.* Qvem morem in Sveciâ & Holſatiâ adhuc ſuo tempore obtinuiſſe docet Heig. *d. l. in fin.* Rittershuſ. *part. Jur. Feud. l. 2. c. 10. q. 25. p. 582.* Jurant autem illi de credulitate, uti præter jus canon. teſtatur O. C. *d. l. ibi.* das ſie glauben. Debent autem compurgatores probè vitam, mores, & actiones purgantis habere perſpectos. *c. Cum P. Manconella. 7. X. de Purg. Can. c. cum dilectus. 11. eod.* ut minus commode doctisſimus alias Hotomann. *c. 43. in med. diſput. Feud.* hunc morem numeraverit inter abſurditates juris feudalis, ex ſeqviori ut videtur hujus rei intellectu. Numerꝰ compurgatorum incertus, ut videri poteſt *in c. Omnibus. 19 verſ. ipſe ergo ſacerdos. c. 2. q. 4. Inſinuatum. 13. X. de Simon. c. inter ſolicitudines. 10. X. de purgat. can. c. qvi Presbyterum. 24. ca. 17. q. 4. 1. F. 4. 1. F. 10. 1. F. ult.* qvi compurgatores ſi lex vel judex popoſcerit, tam neceſſarii, ut iis omiſis, purgatio habeatur pro non ſufficienti. *c. presbyter. 13. ca. 2. q. 4.* cum juxta normâ præſcriptam non peragatur. *c. qvotiens. 5. X. de purgat. can. c. accepimus. final. in fin. eod. c. Inſinuatum. 13. X. de Simon.* Hunc tamen morem hodie ab uſu receſſiſſe & ſuperius monitum, & Vultej. *de jur. Feud. l. 2. c. 3. n. 38.* Rittershuſ. *part. Jur. Feud. l. 2. c. 10. q. 25.* Roſenthal. *c. 2. concluſ. 14. n. 68. ſeq.* aliiq; teſtantur Canoniſtæ. *add.* Setſer.

ſer. *de juram. l. 3. c. 11. n. 34.* Beuſt. *ad l. admonendi. 31. n. 145. ſeq.* Mynſinger. *2. Obſ. 87.* ob anceps perjurii periculum. Ludvvel. *Synopſ. Jur. Feud. p. m. 420.* Idē teſtatur de jure Sax. Weſenb. *Conſil. 98. n. 29. ibiq; allegati.*

§. 41. Relicta forma, proximus patet acceſſus ad *Effectū;* Cujus quidem jurisjurandi perperam præſtiti eſt perjurii pœna; qvæ an de jure civili habeat locum, à Dd. in diſceptationem vocatur, qva de re vid. late differens Bachov. *V. 1. D. 21. th. 8. lit. B. verſ. Sed an in pejerantem. p. 809. ſeq.* Borchold. *de jurej. c. 8. n. 52. p. 224.* aliiq; plures. Jure Canon. ſeveriſſimis pœnis perjuria coerceri patet *ex c. prædicandum. 17. ca. 22. q. 1.* eæq; vel eccleſiaſticæ vel civiles; de illis. *c. Deus. 8. X. de pœnit. & remiſſ.* De his. *c. ſi qvis coactus. 3. ca. 22. q. 5. c. Infames. 17. ca. 6. q. 1.* qvalis excommunicatio. *c. Si qvis Laicus. 19. ca. 22. q. 5.* Degradatio *d. c. 29. in fin. c. qverelam. 10. X. de jurej. c. pervenit. 2. X. de Fidejuſ.* Aliter hodiè, ubi digitorum abſciſſio uſu obtinet. C. C. C. *art. 107. ibiq; interpretes.* Carpz. *tract. crim. p. 1. q. 46. n. 50. ſeq.* & J. F. *p. 4. Conſt. ult. Def. 6.*

§. 42. *Effectus* genuinꝰ præſtiti juramenti eſt *Abſolutio,* & in priſtinum ſtatum reſtitutio. Setſer. *de juram. l. 3. c. 11. n. 43.* Abſolvitur autem Reus vel â *cauſâ principali,* adeò, ut non amplius poſſit conveniri, qvamvis & caſus dari poſſet, ubi etiam poſt purgationem ordinario judicio locus ſit, per tradita Setſer. *d. l. n. 45.* Vel tantum â *cauſa acceſſoriâ,* qva continentur expenſæ & ſumptus in litem facti, qvibus purgans ſe liberat, & actorem ad ſolvendū compellit. *c. accedens. 23. X. de accuſat.* Cum victus victori in expenſas litis teneatur. Tabor. *Th. loc. com. l. 5. c. 34. l. 13. §. 2. & 6. Cod. de judic. Authent. generaliter. C. de Epiſcop. & Cleric. & paſſim;* qvo etiam ſpectat, qvod actio competat injuriarum, juramento ſe purganti, contra accuſatorem. *arg. l. 13. § 3. l. 15. §. 29. & 33. de Injur. l. 31. §. final. de Reb. Author. Judic. Poſſ.* Setſer. *de Jurament. l. 3. c. 11. n. 44.*

§. 43. Effectus ex præſtito juramento ad judicem redundans eſt, qvod emergentibus novis probationibus, Reus convictus, nō obſtante abſolutione, perjurii commiſſi condemnetur. *l. 31. ff. de jurej.*

jurej. Novel. 124. *c.* 2. *d. Authent. Novo jure. de pœn. jud. mal. jud.* ubi Brunnem. Bachov. *V. l. D. 7. lit. B. C. A. de re. judic. th.* 117. Mynsing. 2. *Obs. 82.* Beust. *ad l. admonẽdi.* 31. *n.* 1184. ubi disceptatur, an sentẽtia rescindatur; an vero ipso jure sit nulla. add. Bocer. *part. poster. claß. ult. D.* 33. *th.* 20. Reus autẽ si recuset, hoc ipsũ subire juramentum, pro convicto & confesso habetur, eademq; afficiendo pœna, ac si de facto, de qvo accusatur, legitimis foret cõvictus probationibus. Setser. *de juram. l.* 3. *c.* 11. *n.* 48. *c. De hoc autẽ c.* 11. *X. de Simon. Tuanos.* 8. *X. de cohabit. cleric. c. accedens.* 23. *X. de accusat. c. inter solicitudines.* 10. *c. in fin. de purgat. Canon.* Qvæ tamẽ pœna qvandoq; â judice mitigari solet. Menoch. A. J. Q. *l.* 2. *cent.* 3. *cas.* 274. *n.* 5.

§. 44. Hactenus de Consentaneis, seqvuntur Dissentanea, brevissimo percurrenda stylo; ubi se sistit *Remissio*, vel gratia juraturo facta. Setser. *de juram. l.* 4. *c.* 6. *n.* 25. Berlich. *p.* 1. *Concl.* 32. *n.* 10. *seq.* de qva superius.

§. 45. Contraria totum juramentũ consumentia sunt I. Novæ & contrariæ probationes, qvæ perjuriũ jurantis evincunt, ut superius monitũ. II. Demonstratio innocentiæ à reo facta. III. Contraria consvetudo, de qva. Heig. *p.* 2. *q* 4. *n.* 31. IV. Aperta causæ probatio. *c. cum dilectis.* 15. *X. de purgat. can.* Lancellot. *l. I. C. de probat. §. Sed & si qvid.* 39. ubi Magn. D. Ziegler. V. Defectꝰ formaliũ.

§. 46. Affinia sunt I. *Suppletorium*, qvod tamen ab eo differt. (1) ratione subjecti. (2) causæ finalis. (3) modi deferendi. vid. Beust. *ad l. admonendi.* §. 143. Setser. *de juram. l.* 3. *c.* 11. *n.* 50. II. *Defensio juratoria*, de qva Rittershus. *part. Feud. l.* 2. *c.* 10. *qv.* 21. *ibiq; cit.* Qvæ itidem differt. I. Ratione causæ efficientis. 2. Subjecti recipientis. III. Purgatio vulgaris. (1) Per communionem corporis Christi. *c. Sæpe contingit.* 23. *ca.* 2. *q.* 4. *Gloß. ad d. c. verſ. ſæpe.* Lehman. *Chron. Spirenſ. l.* 2. §. 30. Man hat auch. (2) Per duellum. *c. Cura.* 1. *de purg. vulg. c. Monomachiam.* 22. *ca.* 2. *q.* 4. (3) Per Igniti ferri apprehensionẽ. *c. dilecti filij.* 3. *de purgat. vulg.* Cujus purgationis memorabile exemplum recenset ex Crantzii *Saxon. l* 4. *c.* 26. Setser. *de jurament. l.* 3. *c.* 11. *n.* 52. Modus videri potest apud Lehman. § Zum dritten. *p.* 119. (4) Per ferventem aqvã. Lehman. & Setser. *d. l.* Qvi tamẽ modi hodie omnes merito sublati. vid interim. Disp. Dn. Caspari Besseri qvam sub Præsidio Excell. Dn. Geisleri, *de purgat. vulgar.* habuit. *add. Canonistas ad dict. tit. de purgat. vulg* Ast ulterius hanc materiam prosequi temporis prohibet ratio, & insceptæ materiæ ubertas, cum instituta urceolo currente rota in amphoram pene desierit; in præsentiarum de ardua hac ipsâ materia pro ingenii mediocritate dixisse sufficiat, ut nil restare videatur, nisi

S. D. G.

ERRATA me absente commissa B. L. in perlegenda hac Tractatione sic corrige, semperq; F. B. & L. O. legat F. B. L. E. O. cætera verò tuo candori planè relinquo.

IN TEXTU IPSO.

Pag. 2. lin. 1. leg. relationem. lin. 4. leg. tam â magistratu. lin. 10. leg. Syntagm. lin. 26. leg. si opus. *pag.* 3. lin. 8 leg. sicut leg. & successione. *pag.* 4. lin. 2. leg. in l. servus. lin. 15. leg. in l. actio negot. gestor. & pro justit. leg. institit. *pag.* 5. lin. 3. leg. dict. Differt. lin. 9. leg. impetration. lin. 15. leg. th. 44. lin. 18. leg. lib. 14. lin. 28. leg. pro tit. t. t. *pag.* 6. lin. 17. leg. habuisse. lin. 20. leg. testament. lin. 28. leg. judicum. *pag.* 9. lin. 4. leg. l. 1. & l. 3. lin. 10. leg. Matthæ. *pag.* 10. lin. 17. leg. §. 1. fin. lin. 27. leg. ad l. fab. *pag.* 11. lin. 5. leg. consilium. lin. 23. leg. l. 6. §. 3. lin. 29. leg. oriretur. *pag.* 12. lin. 28. leg. pro consuet. consult. *pag.* 13. lin. 8. leg. adjungi. *pag.* 14. lin. 27. leg. l. 18. C. de SS. Eccles. *pag.* 15. lin. 25. leg. functos fuisse. *pag.* 16. lin. 18. leg. num. 125. in §. lin. 26. leg. pro or. eor. *pag.* 18. lin. 2. pro iu leg. in, & pro eo leg. ea lin. 5. leg. de relat. & delendum in tit. & pro 65. leg. 68. lin. 12. leg. constitutus. lin. 20. leg. secundo. lin. 23. leg. debet. *pag.* 19. lin. 1. leg. consilio. lin. 12. leg. committere. lin. 23. leg. Phil. in. lin. 24. leg. dicit. *pag.* 20. lin. 2. leg. officio. *pag.* 21. lin. 18. leg. definitionem. *pag.* 25. lin. 12. leg. vor und lin. 13. leg. nothwendig. lin. 25. leg. ædificiis. *pag.* 26. lin. 14. leg. part. 6. lin. 20. leg. ædificantis. *pag.* 30. lin. 26. leg. inrotulanda, & consignanda. *pag* 31. lin. 13. leg. collegium, & pro controversiæ leg. controversiæ *pag* 32. lin. 3. leg. folgendes. lin. 30. leg. exprobrationem. *pag.* 34. lin. 7 leg. weiln. *pag.* 36. lin. 24. leg. solchen. *pag.* 37. lin. 4. pro tit. 14. leg. tit. 4. lin. 23. leg. §. pen. ejus. *pag.* 39. lin. 6. leg. d. tit. 5. §. 1. lin. 18. leg. d. l. p. 1. t. 5. §. 2. lin. 28. leg. tit. 19. §. 4. *pag.* 42. lin. 28. leg. etiam. l. 29. leg. Cancellaria. *pag.* 45. lin. 19. leg. Stypman. lin. 28. leg. F. B. L. H. O. *pag.* 47. lin. 6. leg. debeat. lin. 17. leg. Deut. 17. v. 18. lin. 27. leg. pietatem. *pag.* 49. lin. 12. leg. l. 2. ff. §. 5. *pag.* 53. lin. 2. leg. d. l. *pag.* 58. lin. 10. leg. d. l. num. 40. *pag.* 59. lin. 7. leg. progressum. *pag.* 62. lin. 10. leg. parat. de testament. lin. 15. leg: Marant. lin. 16. leg. act. lin. 24. leg. (7) quod fiat. *pag.* 64. lin. 11. leg. Imol. in l. acta 45. ff. de re judic. gl. & Bald. in l. illud. lin. 26. l. d. c. *pag.* 68. lin. 10. leg.

con-

constituti addito commate, *pag.* 70. lin. 17. leg. Resp. Negand. lin. 24. leg. num. *pag.* 76. lin. 23. leg. secundam. *pag.* 77. lin. 22. leg. a & aq; *pag.* 79. lin. 27. delendum C. *pag.* 80. lin. 10. leg. quoad. *pag.* 84. lin. 7. leg. conveniunt. *pag.* 96. lin. 17. leg. Cam. *pag* 104. lin. 18. leg. non nudum. *pag.* 105. lin. 3. leg specificam. *pag.* 106. lin. 13. leg. exprimere, *pag.* 119. lin. 16. leg. dicitur. *pag.* 154. lin. 12. leg. judex â quo adjecto commate, *pag.* 155. lin. 19. leg. Vivius. *pag.* 157. leg. X.h. t. *pag.* 160. lin. 20. leg. traditæ & quidem. *pag.* 169. lin. 10. leg. more judicii subscriptæ. *pag.* 172. lin. 30. leg. præfiniri. *pag.* 174. lin. 5. leg. sententia petita sit. *pag.* 175. lin. 12. leg. imo in causis. lin. 27. leg. non ad verba. *pag.* 176. lin. 29. leg. Inter eos. *pag. ult.* lin. 5. leg. saltem.

ERRATA IN MARGINALIBUS.

Pag. 20. lin. 21. add. num. 5. *pag.* 44. lin. ult. add. num. 1. *pag.* 51. lin. 4. add. num. 5. *pag.* 57. lin. 2. add. num. 7. *Pag.* 66. lin. 6. add. num. 4. *pag.* 70. lin. 20. add. num. 5. *pag.* 78. lin. 20. add. num. 5.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741609835/phys_0058
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741609835/phys_0062
DFG

ERRATA me absente commissa
hac Tractatione sic corrige, semperq; F.
L. C. D. cætera verò tuo candori p

IN TEXTU IPSO.

Pag. 2. lin. 1. leg. relationem. lin. 4. leg
10. leg. Syntagm. lin. 26. leg. si opus. *pag.* 3. li
cessione. *pag.* 4. lin. 2. leg. in l. servus. lin. 1
gestor. & pro justit. leg. institit. *pag.* 5. lin. 3. leg
impetration. lin. 15. leg. th. 44. lin. 18. leg. lit
tit. t. t. *pag.* 6. lin. 17. leg. habuisse. lin. 20. leg
judicum. *pag.* 9. lin. 4. leg. l. 1. & l. 3. lin. 10
lin. 17. leg. §. 1. fin. lin. 27. leg. ad l. fab. *pag.*
um. lin. 23. leg. l. 6. §. 3. lin. 29. leg. oriretur.
consuet. consult. *pag.* 13. lin. 8. leg. adjungi. *p*
C. de SS. Eccles. *pag.* 15. lin. 25. leg. functos
leg. num. 125. in §. lin. 26. leg. pro or. eor. *pa*
in, & pro eo leg. ea lin. 5. leg. de relat. & de
65. leg. 68. lin. 12. leg. constitutus. lin. 20. le
debet. *pag.* 19. lin. 1. leg. consilio. lin. 12. leg. c
Phil. in. lin. 24. leg. dicit. *pag.* 20. lin. 2. leg. c
leg. definitionem. *pag.* 25. lin. 12. leg. vor und
lin. 25. leg. ædificiis. *pag.* 26. lin. 14. leg. part.
tis. *pag.* 30. lin. 26. leg. in rotulanda, & consig
leg. collegium, & pro controversiæ leg. contr
leg. folgendes. lin. 30. leg. exprobrationem. *pa*
pag. 36. lin. 24. leg. solchen. *pag.* 37. lin. 4. pro
23. leg. §. pen. ejus. *pag.* 39. lin. 6. leg. d. tit. 5.
1. t. 5. §. 2. lin. 28. leg. tit. 19. §. 4. *pag.* 42. lin
leg. Cancellaria. *pag.* 45. lin. 19. leg. Stypman.
H. D. *pag.* 47. lin. 6. leg. debeat. lin. 17. leg.
leg. pietatem. *pag.* 49. lin. 12. leg. l. 2. ff. §. 5. p
pag. 58. lin. 10. leg. d. l. num. 40. *pag.* 59. lin. 7
62. lin. 10. leg. parat. de testament. lin. 15. leg:
act. lin. 24. leg. (7) quod fiat. *pag.* 64. lin. 11. le
ff. de re judic. gl. & Bald. in l. illud. lin. 26. l. d.

egenda,
at F. B.
.

ratu. lin.
eg. & suc-
io negot.
in. 9. leg.
leg. pro
1. 28. leg.
pag. 10.
consili-
. leg. pro
leg. l. 18.
lin. 18.
o iu leg.
& pro
23. leg.
. 23. leg.
lin. 18.
wendig.
difican-
lin. 13.
2. lin. 3.
3. weiln.
4. lin.
3. d. l. p.
l. 29.
F. B. L.
lin. 27.
g. d. l.
im. *pag.*
6. leg.
cta 45.
10. leg.
con-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741609835/phys_0063
DFG